# TOMVS TERTIVS DESPAVTERII GRAMMATICES, HABENS PROSODIAM ET ARTEM

*verſificatoriam, non ſolum in methodum coactam, verumetiam in multis locis emendatam, ac reſtitutam per Ioannem Erueruel-dem Monhemium.*




ANTVERPIAE,

*Apud Martini Nutij Viduam,*

---

*Anno* M. D. LXIII.

# ALOPECIVS AD
*pubem rei metricæ ſtudioſam.*

Accipe, Monhemius quod dat tibi, fronte ſerena
  Qui vates Larios diſcere Tyro cupis.
Condidit egregium (fateor) Niniuita volumen,
  Quo vix de metrica doctius arte legis.
At iubet ingenij cenſor puerilis acutus
  Flaccus, præceptum quodlibet eſſe breue.
Quod Deſpauterius minus obſeruaſſe videtur,
  Fortè quòd is doctis ſcripſerit iſta viris.
Temperat ecce tuis calamum Erueueldius annis
  Et verſus facili te breuitate docet.
Vt taceam auctoris mendas, quòd ſuſtulit idem
  Vtq; ſolent homines, ſicubi lapſus erat.
Quin tibi nolo ſidem faciam, niſi tute libello.
  Quem damus, inſpecto, teſtificeris idem.

# ILLVSTRISSIMO

## GENEROSISSIMOQVE VIRO DO-
*mino, D. Ioanni, Comiti in Epſtein Mintzenberch, & Dietz metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Scholaſtico, &c.* S.

OMNES eruditi viri, qui de ſcholis inſtituendis vnquam aliquid ſcripſerunt, Comes generoſiſſime hoc magna ac ſingulari quadam diligentia præcipere ſolent, vt ludi literarij moderatores, non ſolùm adoleſcentibus ſibi cõmiſſis Poëtas, quos Plato diuino quodam furore concitatos ſcribit, prælegant atque exponant, verum etiam ſuos in verſibus conſcribendis præcipuè exerceant. Quid enim poetices ſtudio ad præparandam eloquentiam vtilius? quid excellentius? quid honeſtius? quid deniq; diuinius? Quod auctore Cicerone, adoleſcentiam agit, ſenectutẽ oblectat, ſecũdas res ornat, aduerſis profugium ac ſolatiũ præbet, delectat domi, non impedit foris, pernoctat nobiſcum, peregrinatur, ruſticatur. Huc adde, quòd veteres illi deos credebãt placabiliores, ſi eos verſibus adorarent: ait enim Horatius: Carmine dij ſuperi placãtur carmine Manes. Regius quoq; Dauid Pſalteriũ numeris poëticis concinnauit. Quod (Hieronimo teſte) in morẽ Horatij Flacci, & Pindari, nunc iãbo currit, nunc Alchaico perſonat, nũc Sapphico tumet, nũc ſemipede ingreditur. Ioſephus præterea & Origenes libros Eſaiæ, & Iob & Solomonis apud Hebræos hexametris & pentametris verſibus compoſitos, decurrere teſtantur. Quare noſtri officij eſſe arbitrabar, vt & diſcipulos meæ fidei concreditos ad ſacrum hoc ſtudium præpararem. Circũſpiciebam igitur quem potiſſimũ auctorem in hac re illis proponerem, ex quo perfectè omnia, quæ ad hanc ſacroſanctã artem requiruntur, perdiſcerent. Nemo certè inter Latinos occurrebat, qui plenius aut copioſius quidquam de re me-

trica ediderit, quàm Deſpauterius. Quem tamen, ob nimiam illam prolixitatem, puerili ætate minime conuenire, ne dicam officere, conſiderabam. Vnde protinus ſic mecum cogitare cœpi, me ſtudioſis adoleſcentibus rem facturum frugiferam, ſi in methodum illius librũ contraherem. Cęterùm vbi hunc laborem ſubire cœpi, tot mihi difficultates occurrebãt, vt fermè animum induxerim cœptũ opus deſerere, multa enim offendimus ab auctore ipſo nõ ſatis animaduerſa, multa nõ rectè tradita, vel poſtea culpa ac vitio librariorũ deprauata. Nam vt e multis pauca quædam exempli gratia adijciam. Contendit noſter Deſpauterius, Sophron, Sophroniſcus, Sophronium, Sophroſyne, & ſimilia primam ſyllabam correptam habere, atque omnia ſcribi apud Græcos non per ωμέγα, ſed paruum, adducitque carmen Martialis. Tanta tibi eſt animi probitas oriſque Sophroni: vbi primũ corripitur, alterum producitur, contra ſcripturæ rationem, qua σωφρόνιος apud omnes ſcribitur. Fortaſſe vel verſus ipſe vel nomen vtique illud corruptum ac vitiatum eſt. Nam cæteri omnes Poëtæ, tam Latini quàm Græci, primam illorum nominum producunt, & ſecundam corripiunt. Terentius in Eunucho, Ne vim facias vllam in illam Thais. Ego eo ad Sophronam. Et in Phormione, Concede hinc à foribus paululum iſtorſum ſodes Sophrona Sic apud Sophoclem:

ἅπαντα τ' ἀνθρώπεια τοὺς δὲ σώφρονας:

Trochaici ſunt Tetrametri Catalectici. Et in Epigrãmatis

οὐδὲν σωφροσύνης τεκμήριον ἐστὶ πρόδηλον.

Et rurſum in iiſdem.

Σωφροσύνη καὶ ἔρως κατ' ἐναντίον ἀλλήλοισι.

Sic labo, as Deſpauterius variare primam adſerit, adductus auctoritate Lucretij & Iuuenci, apud illũ enim libro ſexto nõ labat (vt Deſpauterius putat) ſed cumulabat vna dictione legendum eſt, hũc in modum: Idq; vel in primis cumulabat funere funus. Et hanc lectionem etiam ſenſus poſtulat. Apud hunc autem non labat, ſed lapſat in emendatioribus libris legitur, in paſſione hoc verſu: Spiritus iſte viget, ſed corpus debile lapſat. Verum longum foret ſingula enumerare, quæ inter abbreuiandum vel emendauimus ac reſtituimus, vel ſuppleuimus. Porrò cũ hoc opus abſolut-

abſoluimus, cogitabam mecum, cuinam potiſſimùm hunc meum qualemcunque etiam laborem nuncuparem (nam is mos a Iouis ſæculo initium, teſte Lactantio, habuit, vt bonarum artium ſtudia principibus viris dedicarentur) tua certè celſitudo Comes illuſtriſſime quoquò me vertebam occurrebat. Dum tamen tuam dignitatem exactius conſidero, antiqua illa ſtemmata, præclaras maiorum imagines, ditiones ampliſſimas, diuitias, titulos, clientelas, taceo morũ probitatem, integritatis candorem, fideique dexteritatem taceo & cæteras virtutes pene infinitas, iuſtitiam, modeſtiam, manſuetudinem, clementiam, liberalitatem, facilitatem, humanitatem, &c. Intellexi hoc exiguum, chartaceũque munuſculum longè eſſe infra celſitudinem tuam. Verum agricolæ Dijs lacte ſupplicare conſueuerunt, & non habentes thura, mola ſalſa, vt inquit Plinius, litabant, nec id ſuperis, vt opinor, ingratum. Quidquid igitur eſt quantulumcunque eſt, hilari vultu, & ſerena fronte tua celſitudo ſuſcipiat, quæſo. Vale ornatiſſime generoſiſſimeque Comes.

Tuæ celſitudinis.

dediti ſſimus cliens,

Ioannes Erueruel dius Monhemius.

# TOMVS TERTIVS

## DESPAVTERII GRAMMATICES *de Proſodia & arte verſificatoria.*

PRoſodia, carminis eſt & accentus notitia. Carmen, eſt oratio ſtrictiori pedum lege coërcita, & ornatiſſimum dicendi genus. Pes eſt certa ſyllabarum conſtitutio, temporibus ac numero variata, vt Deus. Vnica ſyllaba pes eſſe nequit, nec plures quàm ſex. Spondæus conſtat duabus longis: vt dotes. Sic dictus παρὰ τὴν σπονδὴν, id eſt à libamine, quòd eo pede ſacrificantes vtebantur. Pyrrichius duas breues habet, vt Deus. Qui ob concitationem à pyrriche militari ſaltatione nomen accepit. Trochæus ex prima longa & altera breui conficitur: vt mater, à τρέχειν, id eſt currendo, quia volubilis eſt, & in quandam quaſi concitationem curſuri inſtar, è longa in breuem fertur. Iambus ex prima breui, & altera longa conſtat: vt doces, παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, id eſt ab inſectando dictus. Nam ad contumeliam inuentus eſt. Moloſſus tres longas complectitur: vt Mœcenas, dicitur à moloſſa Epirotica ſaltatione lenta & tarda. Tribrachys tribus breuibus conſtituitur: vt dominus, dictus, quaſi tres breues continens, βραχὺς enim breuis dicitur. Dactylus ex prima longa & duabus poſtremis breuibus: vt ſcribite. Dictus à digiti ſimilitudine, quē Græci δάκτυλον vocant: in quo ititem poſt primum articulum longum, duo breues ſequuntur. Anapeſtus poſt duas priores breues, vltimam longam habet. Dictus ab ἀναπαίειν, quod ſono reciproco repercutiat dactylum. Bacchius pes à concitatione & impetu dictus, incipiens ex prima breui & duabus longis: vt honeſtas. Antibacchius, bacchio contrarius duabus longis & vltima breui perficitur: vt audite. Amphimacer, quaſi vtrinque longus: nam inter duas longas, mediam breuem inſerit: vt trinitas. Amphibrachys, quaſi vtrinque breuis: nam inter primam & poſtremam breues, mediā lōgā interponit: vt venite. Diſpondæus pes eſt

*Margin notes:* Carmē — Pes. — Diſyllabi pedes quatuor. — Octo triſyllabi.

eſt

eſt duplici ſpōdæo cōſtās:vt Mecœnates. Proceleuſmaticus quatuor breuibus ſyllabis cōſtituitur:vt ariete à προκελεύειν,id eſt adhortādo & ſuadendo dictus. Apta eſt enim adhortationi feſtinatio.Ditrochæus,duobus trochæis abſoluitur:vt cātilena.Choriābus, ex trochæo & iābo cōſtituitur: vt nobilitas.Antiſpaſtus,ex iābo & trochæo: vt legebamus.Dijambus,qui duobus iābis abſoluitur: vt beatitas.Pæon,ſyllabis quatuor conſtat, quarū vnica ſemper longa eſt:vel prima,& pęon primus dicitur:vt multiuolus. Vel ſecūda,& pæon ſecundus appellatur: vt Colonia. Vel tertia,& pæō tertius vocatur vt veniatis.Vel quarta,& pęō quartus dicitur:vt celeritas. Dictus eſt autē pæō vel ab inuentore,vel ab Apolline , cuius laudes hoc metri genere decātabantur. Epitritus pes ſemper vnicā habet breuē. Si primā,Epitritus primus dicitur:vt amauerūt. Si ſecundam, Epitritus ſecundus eſt:vt cātilenæ. Si tertiā,Epitritus tertius vocatur:vt diſcordiæ.Si quartā,Epitritus quartus nominatur:vt audiuiſtis.Nomen habet Epitritus,quod ſemper ſupra tertiā ſyllabā accedat quarta,à tribus alijs quantitate differens. Ionicus à maiori, ex ſpondæo & Pyrrhichio connectitur:vt præconium.Ionicus à minori,ex Pyrrhichio & ſpondæo componitur:vt Diomedes. Dictus autem Ionicus,eo quòd Iones eo vſi fuerunt. Quadriſyllabi ſedecim.

Tempus eſt debita prolationis menſura. Syllaba breuis vnicum tempus,longa verò duo tempora habet. Tēpus.

Hexametrū carmē.

*Hexametrum ſenis carmen pedibus ſit,& vſq;*
*Dactylus eſt quintus,ſextam ſibi vult regionem*
*Spondæus:reliquisq; locis ſit vterlibet horum.*

Carmen hexametrum ſex pedibus conſtat , quintus locus dactylum ſibi perpetuum vendicat, ſextus verò ſpondæum,reliqui hunc vel illum:

*Hæc te legitimè docui:nam ſæpè* Poëtæ
*Ipſa minus ſeruant:tu quanta licentia cautus*
*Eſt permiſſa,vide, ne quando turpiter erres.*
*Nanq; rei grauitas,quinta in regione locauit*
*Spondæum, veluti magnum Iouis incrementum.*
*Datq; pedes alios Maro,tu puer elige legem.*

Heroici verſus pedes legitimi ſunt, Dactylus & Spondęus, admittuntur tamen nothi, id eſt illegitimi per poëticam licentiam, quam cauebis, quia rara occurrit. Nec niſi in magnis operibus eorum Poëtarum, qui extra omnem inuidię aleam poſiti ſunt. Poëtæ itaque in quinta regione aliquando ſpondęum locant, vbi rei grauitas & maieſtas ſignificatur: tamen id raro eſt faciendum, nec vnquam in epigrammate. Virgilius: Conſtitit atque oculis Phrygia agmina circumſpexit: ſed fermè dactylus tum quartum locum vendicat. Quandoq; ſexto loco eſt dactylus, ſed vix, niſi hypermeter locum habeat. Idem: At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida. Reperiuntur & alij pedes in diuerſis locis hexametri, quod cauebis, niſi tantus fueris, quanti hi apud quos reperiuntur.

*Vltima cuiuſq; eſt communis ſyllaba verſus,*
*Ne credas eſſe in ſexta regione trochæum.*

Vltima ſyllaba cuiuſcunq; verſus eſt anceps, id eſt, communis ſiue ad placitũ: ideo licet vltima hexametri videatur breuis, non tamen eſt trochæus.

P[…]emimeris. […]ſemiquinaria cæſura πέν τε, quinque, μέρος pars. Heroici decorũ breuiter perſtrictum.

*Per pentemimerim breuis eſt producta licenter.*

Pentemimeris eſt, vbi poſt duos pedes manet ſyllaba, partem orationis finiens, veluti: Omnia vincit amor. Cuiuſmodi ſyllaba inuenitur licenter produci, ſi naturaliter ſit breuis, ne dicatur tertio loco eſſe iãbus: hac licẽtia parcè vtendum eſt, minus tamen vituperanda eſt, vbi ſyllaba in conſonantem deſinit, quàm vbi in vocalem. Virgilius: Noſtrorum obruimur, oriturq; miſerrima cædes. Heroica maieſtas in primis diligit plurium in ſe verſuum implicationem, quam catenam appellant, ita vt ante tres aut quatuor verſus, rarò ſenſus perficiatur. Tale eſt principiũ tertij Aeneidos: Poſtquàm res Aſiæ Priamiq; &c. Nonnunquàm tamen pulcerrimum fuerit, egregiam aliquam ſententiam vnico verſu concludere. Veluti: Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Elegãs cenſetur heroicum vbi nullus pes eſt, integra dictio, vt Iuſtitiaq; dedit gẽ[…] frenare ſuperbas. Politiſſimũ verò, quod in principio habet ſpondęum non finientem orationis partem, ſequentibus duobus dactylis in hunc modum: Deſeciſſe videt ſua

nunc

nunc promiſſa repoſci.

Deſinit pulcrè in triſſyllabam, nec malè in diſſyllabam, durius autem in tetraſyllabam, pentaſyllabamq́ue dictionem: duriſſimè vero in monoſyllabam, niſi encletica ſit, aut animalis nomen, aut niſi monoſyllaba præcedat: vt Procumbit humi bos. Quintus etiam pes durè in diſſyllabam exit.

*Pentametrum vult quinque pedes, pes tertius eſto*
*Semper ſpondæus, quartus quintuſq; anapæſtus.*
*In reliquis ſpondæus erit vel dactylus, vt vis.* Pentametrū carmē.

Pentameter verſus conſtat quinque pedibus, quorum tertius ſemper ſpondæus eſt, quartus & quintus anapæſti, reliqui ſpondęi aut dactyli, vel hi miſti, vt vis. Martialis. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Semper autem adſit pentemimeris, quæ apud poëtas aliquando inuenitur abeſſe, ſed rariſſimè. Nunquam tertio loco eſt iambus, quia per cæſuram fit ſpondæus, licet id cauendum ſit, vt dixi. Deſinit pentametrum venuſtiſſimè in dictionem diſſyllabam, nec malè in tetraſyllabam pentaſyllabamq́ue, interim etiā in hexaſyllabam. Duriter autem in triſſyllabam: duriſſimè in monoſyllabam, niſi encletica ſit, quæ ad ſuperioris dictionis ſubſtantiam pertinere videtur, aut niſi monoſyllaba præcedat. Pentameter verſus appoſitus hexametro, facit carmen elegiacum Auſonius: Fortunam reuerenter habe, quicunque repentè Diues ab exili progrediere loco. Elegia dicitur ab ἔλεος, id eſt, miſeratio: ſolum enim rebus triſtibus olim adhibebatur, nunc cuiuis hominum affectui ſeruit. Debet hexameter cum pentametro ſenſum concludere aut ſuſpendere, ita vt in ſequentibus duobus penitus abſoluatur: nec poteſt dictio regens poni in pentametro, & recta in ſequenti hexametro, aut coutrà, id tamen non ſemper obſeruatum video.

*Vult Aſclepiadis verſus ſpondæon habere*
*Principio, binos hinc rite capit choriambos.*
*Pyrrhichius ſequitur, quo non velocior alter.* Aſclepiadū carmē

Aſclepiadęus verſus conſtat ſpondæo, duobus choriambis, & pyrrichio: vt Sanctorum meritis inclyta gaudia. Claudicat hoc carminis genus ſine pentemimeri. Nomen

 capit

capit ab Aſclepiade inuentore.

Sapphicũ carmen. *Quinq; pedes Sapphus carmen capit, eſſe trochæus*
*Vult primus, quartuſq;, & quintus, tertius autem*
*Dactylus, ipſe locum ſumes ſpondæe ſecundum.*
*Hoc carmen poſt tres verſus ſibi iungit Adonis*
*Metrum, quod ſic fit, ſpondæum dactylus anteit.*

Verſus Sapphicus cõſtat trochęo, ſpondæo, dactylo, duobus trochęis, veluti: Vt queant laxis reſonare fibris. Nomẽ habet à Sappho puella, primùm hoc genere apud Græcos vſa: hoc carmen citra pentemimerim duriuſculum eſt, & penè claudum. Poſt tres verſus addes huic carmini vnicum verſum Adonium ſiue Adonicum, ſic dictus ab Adone puero, vel ab Adone inuentore, qui conſtat dactylo & ſpondęo. In hoc ferè ſemper ſenſus concluditur. Id tamen Horatius alijque non ſemper obſeruant.

Phaleuciũ carmen. *Quum facies carmen, quod compoſuiſſe Phaleucus*
*Dicitur, in prima ſpondæus erit regione,*
*Dactylus inde datur, triplicem cui iunge trochæum.*

Phaleucius verſus conſtat ſpondęo, dactylo, & tribus trochęis, ſine pentemimeri mancus eſt, licet aliter interim licenter reperies Catullus: Paſſer delitiæ meæ puellæ. Hic nomen accepit à Phaleuco inuentore.

Ecthlipſis & ſynalœpha, ἐκθλίβω, elido, excludo, συναλοιφὴ coiunctio. *M necat ecthlipſis, ceu vocalem ſynalœpha.*
*Dictio dum ſequitur, quæ à vocali incipiatur.*

Ecthlipſis eſt m literæ cum ſua vocali eliſio, quoties dictio aliqua in m literam deſinit, & dictio ſequens à vocali ſumit exordium. Sinalœpha eſt vocalis detractio, quoties in eam dictio deſinit & ſequens ab ea inchoatur. Virgilius: Multum ille & terris iactatus & alto: Scande, Multillet ter &c. Vetuſtiſſimi tamen m literam non interimebant. Lucretius: Corporum officium eſt, &c. Vt autem in hac re veteres non ſunt ſecuti Virgilius & Ouidius cum cæteris iunioribus, ita nec in eo quòd veteres s literam interemerunt, niſi fortè rariſſimè: nos verò nunquam abſumem.

Quòd ſi verſus finiatur in m vel iu vocalem, & ſequens a vocali incipiatur, nulla erit ecthlipſis aut ſynalœpha, præterquam in paucis verſibus, qui hypermetri vel hypercatalectici dicuntur, Eſt autem hypermeter verſus, qui poſt

debitos ſibi pedes habet ſyllabam à principio ſequẽtis verſus abſumendam. Virgilius: Iactemur doceas ignari hominúmque locorumque Erramus. Neque ſolum contingit in Hexametris, ſed etiam Sapphicis, & pluribus: nunquam tamen id vidi in pentametris. Ecthlipſis & Synalœpha duriores ſunt in principio verſus à monoſyllaba incepti. Item in quinto pede hexametri, & in anapeſtis pentametri, præſertim ſi ſit ecthlipſis, Poëtę tamen non ſemper obſeruant, Tu caueto niſi fortè rariſſimè; Hypermeter verſus.

Scanſio (quia de ea ſæpè loquimur) eſt legitima metri in ſingulos pedes diſtinctio, ſic dicta, quia per pedes quaſi ſcalarum gradus ſcandentes incedimus. Scãſio.

*Non perimens longam rarò breuiare Poëta*
*Conſueuit, veluti ſunt inſulæ ore canendæ.*
*Id mirare magis, vocalem nil variatam*
*Interdum cernes, velut Ionio immenſo.*
*Heu, o, non perimes, at o interdum breuiabis.*

Vt diximus aliquando in non perimi, ſi vocalis ante vocalem non ſemper abſumitur, ſed aliquãdo ſolũ corripitur, aliquando manet inuariata, vtrunque notandum magis q̃ imitandũ. Virgilius: Et lõgum formoſe vale, vale inquit Iola. Ouidius: Iactari quos cernis in Ionio immenſo: verſus eſt ſpondaicus. O aduerbium & interiectio, non interimitur quemadmodum & heu: at ſemper producuntur. O interdum vbi eſt vocandi aduerbiũ, corripitur. Tibullus: O ego ne poſſem tales ſentire dolores. Propertius: Egerat à ſtabulis ó Erythræa tuis Ouidius: Heu vbi pacta fides, vbique iurare ſolebas. Idem licere puto in hei & ah. ſi opus fuerit.

*Vocalem perimunt plerunq; in nomine eodem.*
*Sic Maro doctè refers, aluearia vimine texta.*
*Omnib⁹ iſta licẽt, huic, cui, dij, dijs, quo q; dehinc, dein*
*Proin, deeſt, ſemianimis, prout, deorſũ, prehẽdere, ſe-*
*Sic ij, ſic ijſdem quædam diuiſa leguntur. orſum* ϲυναιρεσις contractio

Synæreſis eſt conglutinatio duarum ſyllabarũ in vnam facta, vt panthus pro panthous. Theſei., Phaëton, aureus, triſſyllaba ſunt, aliquando tamen metri cauſſa vt diſſyllaba proferuntur: hanc figuram parciſſimê verſibus inſerendam

dam memineris. Verùm in his dictionibus, huic, cui, dij, dehinc, &c. nulli vitanda eſt ſynæreſis. Virgilius: Huic coniux Sichæus erat. Horatius: Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Sub dein comprehenditur, deinde, deinceps: ſub proin, proinde: ſub deeſt, deeram, dees, deero, &c. ſub ſemianimis, ſemihomo, ſemiuncia, &c. Multæ illarum dictionum interdum diuiſæ leguntur. Albinus: Ille cui ternis capitolia celſa triumphis, &c.

Diæreſis, διαίρεσις, diuiſio

*Scandere ſi bene vis, tu noſce diæreſin aptè*
*Ex vna per quam duplex ſit ſyllaba ſemper,*
*Sic ſyluæ Vates, Lyricus triſſyllabon effert.*

Diæreſis, eſt vnius ſyllabæ in duas diuiſio. Horatius: Nunc mare, nunc ſyluæ. Ouidius. Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos.

*Dum poſtponuntur vocali conſona bina.*
*Aut duplex, longa eſt poſitu: quod ſi duo ſubſint:*
*Finali, raro poſitu producitur illa.*

Vocalis naturaliter breuis, quam duæ conſonantes continuò ſequuntur, ita vt vna conſonantium in eadem dictione cum vocali ponatur, aut quam in eadem dictione ſequitur duplex, x, z, & i conſonans, producitur ea vocalis poſitione: vt amnis, rex, gaza, aio. Virgilius licenter dixit: Et gaza diſtabat. Quòd ſi vocalis ſit vltima dictionis litera, & in principio ſequentis dictionis ſequantur duæ conſonantes, rariſſimè atque omnino licenter producitur illa poſitione.

*Cum muta liquidam ſcribens in ſyllaba eadem.*
*Ancipitem ponas vocalem, quæ breuis eſſet.*
*Hanc tamen in proſa, ſemper breuiare iubemus.*

Quando vocalem natura breuem, ſequuntur muta & liquida, eandem cum ſequente vocali conſtituentes ſyllabam, ita tamen, vt præcedens vocalis in eadem dictione ponatur, ipſa eſt anceps in verſu, in proſa verò ſemper correpta. Ouidius: Et primo ſimilis volucri, mox vera volucris. Virgilius: Albanique patres. Ouid. Tempus Atla veniet. Quod ſi diuiſim ſumuntur, vt vna ad præcedentẽ vocalẽ altera ad ſequentem referatur, liqueſcentia locum non habet

bet vt in compoſitis, Abluo, Obruo, &c. Vocalis autē quæ ſine poſitione producitur, nulla liqueſcentia poteſt corripi vt aratrum, lauacrum: Veræ liquidæ ſunt l r, m verò & n liqueſcunt in paucis, quæ auctoritate conſtant, vt arithmos, cygnus &c.

*Diphthongon produc in Græcis atq; Latinis.*

Diphthongus omnis producitur tam in Græcis quàm in Latinis, vt muſæ, cœna audio euge, &c. Præ tamen in compoſitione ſequenti vocali corripitur, vt præeo præuro.

*Vocalis breuis ante aliam manet vſq; Latinis.*
*Ni capit r fio, produc & nomina quintæ*
*E ſeruent longum, ſi præſit i, ceu ſpeciei,*
*Anceps ius erit patrio, dic ſemper alius*
*Alterius breuio tantum, commune fit ohe.*
*Caius & Cai produc, conformia iunge.*

Vocalis ante vocalem in eadem dictione in Latinis corripitur, vt Marius, Maria, abige⁹, &c. Exceptiones: Fio producitur vbicunq; abeſt r, vt fiebam fiam: vbi verò adeſt r corripitur: vt fieri fierem. Suffio & infio corripiũtur, quia à fio longè diſſident. Defio autem & confio producuntur vbi r adeſt. Item nomina quintæ declinationis producuntur e ante i in genitiuis datiuisque, ſi præcedat i, ſicut ſpeciei: ſecus corripiunt, vt fidei, rei. Pronomina quoq; ſecũdæ declinationis, & nomina habentia ſecundam declinationem pronominum variant i ante us: vt vnius, illius, quę in proſa tantùm producuntur. Alius in genitiuo tantum producitur. Alterius ſolùm corripitur. Ohe interiectio, variatur. Cai, Pompei, ſimileſque vocatiui producuntur, & vbicunq; i conſonans in vocalem vertitur, vt fit in Caius triſſyllabo, Diana aliquando producitur.

*Regula Græcorum multa eſt, quam proſa recludet.*

A ante vocales.

A ante a in Græcis & Barbaris, quibus Latini vtuntur, corripitur, vt Baal. Abraam tamen & ſimilia, Barbara inueniuntur produci. A ante e corripitur vt Phaëton. Excipitur aër, quod & aliquando ſynæreſin patitur. Laërtes pater Vlyſſis. Laërte vrbs Siciliæ. Michael, & ſimilia in ael, vt Rapha-

Raphael, Iſrael. A ante i vel y corripitur, vt naim. Excipe Achaia: vnde Achaicus, achais. Item veteres genitiui & datiui in ai, ſiue Latini ſiue Græci, vt aulai, terrai &c. Cain Lais, laicus, Laius, Nais, Panchaia, Taygetus, Taygete vna Pleiadum. Thais Thraicius. A ante o producitur, vt Laocoō. Excipe. Aglaodos, Aglaophō, Chaos, Gabaon, Laodocus Pharaon quod & raró produc. Phaō. A ante u producitur, vt Archelaus. Excip. Danaus, Oenomaus, Talaus.

E ante vocales. E ante a producitur, vt Leander. Excipiuntur accuſatiui in ea ab eus, vt Terea. Nonnunquam tamen per extenſionem Ionicam producuntur, quòd ſolum in inuentis faciendum eſt: ſic Idomenea Ilionea apud Virgilium. Item θεὰ, id eſt dea corripitur, vt Dorothea, Leucothea, Galathea tamen & Amalthea producuntur, Aeneades contra primitiui naturam corripitur. Andreas Iuuēcus & alij multi rectè produxerunt, vult tamen Valla corripi. Item corripiuntur Artocrea, Antheas, Reate, Baleares, Bareas, Boreas Bractea, Broteas, Carneades, Chærea, Cleadas. Clearchus & quidquid à κλέος, id eſt gloria deriuatur. Chorea variatur, licet Græcè per ei diphthongō ſcribatur. Cyaneæ, Cochlea, Demea, Iarinus, Idea, licet neotericorum pleriq; produxerint: Nam quòd penultima acuta profertur non quantitatis, ſed accentus gratia fieri ſolet, Learchus Læa ſiue Leæna Malea variatur. Græcè tamen ei diphthongon habet Meleager, Nealces, & ſi quid fit à νέος, vt Neapolis &c. Neæra, Nemea, Oceanus, Phreantes, Platea & Rhomphea variantur, licet per ei ſcribantur. Rhea Saturni vxor corripitur: pro matre Auentini producitur. Tegea, Theano, Theatrum, Theanum. E ante e corripitur, vt nemee. Excipitur Eetion. E ante i vel y producitur, vt: Deiphobe &c. Aeneis, Nereis variāt. Neippe corrip. E ante o corripitur, vt Eous, vnus ex equis ſolis, pro oriente autem producitur. Excipitur Deois. Gedeon variat, Lageos. E ante u producitur, vt Alpheus. Excipiuntur Creuſa, culeus, coleus, Dorotheus, Timotheus & omnia à θεός cōpoſita. Euneus, & ſi quid à νέος deriuatur, Euganeꝰ: ſic cætera à γέω. Itē multa poſſeſſiua, vt Herculeus, Caucaſeus &c. Zebedeus variatur.

I ante vocales. I ante y omnes vocales corripiuntur, vt philoſophia,

theo-

theologia, quæ acuunt penultimam Græcorum more nõ producunt. Aliud enim accentus, aliud quantitas ſyllabæ eſt. Arator & Sedulius & alij quidam nonnulla ex barbaris in as produxiſſe inueniuntur, vt Ananias. Golias, Matthias, &c. quos & nos, vbi veterum exempla deerunt, imitari poſſumus, Hieron, Diambus, Iole, Graphium, licet Græcè per ει ſcribatur. Excipiuntur Aegialia, Amphigenia, Alexandria, Antiochia, Antias, Angaria, Anemoria, Arius Scythiæ populus, Ariſtocracia. Alethia, Argia, Aſtidamia, Academia rectius corrip. Augias Bachius: Brabium, Caſſandria, Coronia, Cyane ſæpius corrip. Cyanee ferè producitur. Chius, a, um, à Chios contra primitiui naturam. Dia inſula, Deidamia, Darius, Dryude, Diana variatur, Democratia, Diogenes, Dius contra primitiui naturam: ſic ſub dio. Elegia, Epicedium, Epicedius, Epiphania, Entelechia, Energia. Eumenia, Euſebia, Eugenia, Eugenius, Enyo, Ginæcium vel Gynæceum rectius. Hermione, Herios, Hiob, Hyppodamia, Hyperia, Hormius, Homœomeria, Iaſius, Iapetus, Iphigenia, Ionium mare: at Iouia regio corripit primam. Io variatur. Lebadia, Laodamia & quidquid eiuſdem deriuationis reperitur, Laugia, Lampia, Ligia, Landrianus, Lycius id eſt, Apollo, ſed lycius, a, um, pro gente corripit. Marſyas. Melanthia, Nicia, Nicomedia, Ophias, Orius, Orithyus. Peridia, Peripheria, Paphagias, Phlias, Pierus, hinc Pierides, Plias variatur. Priamides cõtra primitiui naturam Phthia, Spio, Sperchius, Thalia, Thyas, Thiodamas, & quidquid Græcè per ει diphthongon ſcribitur, vt Angaria, Clio, Hermenia, Ironia. Latria, Litania, Magia, Mantia, hinc chiromantia &c. Pedia, & plura. Item in ion tertiæ declinationis, producunt i ante on, vt Ixion, præter ea quæ ſequuntur & fortaſſis plura, Aſterion, Amphytrion, Cercion, Carmenion, Chromion, Capnion, Dædalion, Dion Eetion, Endymion, Egion, Emathion, Erocion, Ethalion, [illegible]ion, Ion, Iaſion, Melanthion, Morion, Milanion. Oa[illegible], id eſt, orion, Oenopion, Philiſtion, Porphyrion, Pygmalion, Sycion, Tongilion, Socration. O ante omnes vocales corripitur, vt Oaxes. Excipe Achelous, Aloeus, de[illegible]ois, Laguis. Noe variatur, Oetha, Oarion, Oidus, Pyrous.

Siloa

Siloa variatur. Stoicus contra primitiui naturam. Troas, Troilus, Troius. Tiphoeus, Zoilus, & quæ Græcè per ω ſcribuntur, vt Ioannes, quod apud multos perperam inuenias correptum. Eſt autem in carmine triſſyllabũ vel quadriſyllabum, &c. Producuntur quoq; omnia poſſeſſiua in ous, vt à Latona Latous, ab Argo Argous &c.

O ante vocales,

V ante vocales corripitur ſemper.

V ante vocales.

*Deriuatiua patris ſeruabit dictio normam,*
*Conſona ſi patris maneat, docet iſtud aratrum,*
*Multa tamen tolles, poſt declarata vel ante.*

Syllaba tanta eſt in deriuatiuo, quanta fuit in ea primitiui parte: vnde immediate deriuabatur, ſi conſonans primitiui maneat in deriuatiuo, vt legi præteritum priorem producit, ergo etiam legeram, legiſſem &c. quia à legi formantur: lego autem priorem corripit ergo etiam legebã, legam, &c. Item ſupinum aratum mediam producit, ideo etiam aratrum. Cæterum multa contra primitiuorum naturam aut producuntur, aut corripiuntur, quorum nonnulla iam dicta ſunt, plura declarabuntur.

*Simplicis obſeruat menſuram compoſitiuum.*
*Quamuis diphthongus vel vocalis varietur*
*Hanc legem ſpernunt dicus à dico, innubus atq;.*
*Pronubus, ambitus, nihilum, cum ſemiſopitus,.*
*Peierat à iuro, cum deierat, agnitus & cog.*
*Connubium varies, ab itum comitia dicas.*

Cõpoſitum ſequitur ſimplicis regulam & contra etiã diphthongo aut vocali mutata: vbiq; tamen obſeruandæ ſunt regulæ poſitionum aut vocalium ante vocales: vt ludo, colludo, lædo illido, taceo, reticeo. Ab hac regula demuntur à dico nomina in dicus: vt cauſidicus, maledicus. A nubo pronuba, innuba, cõnubium, à Virgilio variatur. Ambitus participium ab ambio, iui, ambitum. Ambitus nomen corripitur. Nihilum, Cætera ſatis patent.

*Se produc & di, præter dirimo atq; diſertus.*
*Eſt re breue, at refert à res producere debes*
*Reijcit, & reicit. Nam quæ facio tibi format.*

*I prius interdum tollunt, vt corripiantur.*
*Addit vel demit metri grauitate poeta.*

Se & di præpoſitiones latinæ producuntur: Corripiuntur dirimo & diſertꝰ. Re præpoſitio corripitur, vt, redeo, reditus. Sed referri à res compoſitum, producitur, alioqui corripitur. Reijcio producitur poſitu, quia i duplex efficitur: Vbi autem corripitur, i conſonans abijcitur quod etiã contingit in alijs compoſitis à iacio, vt adijcio vel adicio.

*Eſt pro breue in græcis, pro longum rite latinis*
*Corripias pronepos, profugat, profugit, proficiſcor.*
*Et procio peto, ſignificans, cui iungo procello*
*Atq; profana, profeſſa, profunda, profeſta, profari*
*Propino, vario, procuro, iungo, profundo.*
*Sic bene docte locas propello, propago Lucreti.*

Pro Græca præpoſitio pro ante, ſemper corripitur: vt prolepſis, prologus &c. Prohibeo corripitur, quia vocalis eſt ante vocalem. Pro latina prępoſitio producitur: vt prodo, proficio: prope autem corripitur, vnde propero properus, propinquus: item quæ ſimplicia ſunt probo, probrũ procul. Corripiuntur, pronepos, profugo as, profugo is: hinc profugus, profugium, proficiſcor. Procio, is, iui, itũ, penultima ſupini longa. i. prouoco, primam producit: at procio is iui itum, penultima ſupini breui, & prima ſimiliter correpta, id eſt peto: hinc procus, proco as, & reciproco, Procello is, hinc procella, Profano profiteor, profundus, profeſtus, profari variantur, propino, procuro, profundo, propello, propago as, propago autem nomen pro vite producitur, pro progenie corripitur. Corripiuntur etiam profectò & proteruus,

*Pars ſi componens fini prior i vel o donat*
*Sit breue, cunctipotens & Timotheus manifeſtant*
*Quod ſi non ſemper manet i producito ſemper.*

Dictiones compoſitæ ſiue Græcæ ſiue Latinæ, terminantes in i, ſiue Græcæ terminantes in o, primam partem compoſitionis, breuiant i vel o, vt bifidus, trifidus, ſacrifico, Dorothea, zelotypus, Dixi. Quod ſi non ſemper &

cæt.quia ſi ex declinatione tantum proueniret,producere tur,vt tantidem,tanticunque,quanticunque,eidem,cuiq;, quaotilibet,quantiuis,ſiquis,ſiqua.Siquidem variatur. Scilicet & ilicet producuntur.Tolluntur & alia nonnulla his verſibus contenta.

*A quotus atq; dies quod ſit variato,at ibidem*
*Et tibicen erit longum,cui iungis vbique.*
*Protrahit Auſonius matricidam grauitate.*
*Lagopus,geolophus atq; Theophila produc*
*Cum leucopetra quidam geometra iungunt*
*Quod medius facit atq; dies producito ſemper.*

A quotus & dies fit quotidie,& hinc quotidianus,& variari poteſt vtrunque: ſed quotidie apud ſolos neotericos inuenio corripi,quemadmodum & ibidem: quæ tu ſolum produces.Tibicen produ. At tubicen corripitur. Vbique produc.Vbicunq; variatur.Auſonius metri grauitate produxit matricida,alias corrip. vt patricida & parricida. Lagopus,& quæ cum nominibus quartæ declinationis apud Græcos compoſita ſunt, vt Leophorus, Lagophorus &c. Meridies quaſi medius dies produ. ſic verba meridio & meridior:ac fortaſſe pridie & poſtridie. Biduum & triduum etiam apud Terentium, vbiq; prima longa ponuntur.

*Præteritiua tenent primam diſſyllaba longam*
*Tolle bibit,ſcidit atq; fide,tulit,ortaq; do,ſto.*
*Corripiunt binas geminanta,ceu ceciderunt.*
*Tolle ceciderunt à cædo,à pedo pepedi.*

Præterita

Præterita diſſyllaba producunt priorem, vt veni. Tolluntur ſex,bibi,ſcidi,fidi,tuli, dedi, ſteti. Rui corripitur, quia habet vocalem ante vocalem. Præterita geminanti principium,primam & ſecundam ſyllabas corripiunt,niſ poſitio impediat:vt tetigi,peperi. Dixi niſi impediat p tio propter ſpopondi, fefelli, vbi prima tantùm corri in duobus exceptis,Cecidi à cædo, pepedi à pedo. C poſitum ſimplicis regulam imitatur. Ouid. Contudi genium patientia longa malorum.

Supina

*Cuncta ſupina tenent primam diſſyllaba longam*

Præter

*Præter nata, ſero, cieo, lino, ſto, ſino, ſiſto.*
*Do, ruo, cum queo, eo, reor: at ſtaturus atum dat.*
*Præ tum vocalem de ui reliquis dabo longam.*

Supina diſſyllaba producunt priorem ſyllabam, vt viſum, luſum. Tolluntur autem ſatum à ſero, citum à cieo, ſed à cio producitur: litum à lino, ſtatum à ſto & ſiſto, ſitũ à ſino, datum à do, rutum à ruo: hinc dirutum &c. in ſimplici ruitum rectius dicimus, quitum à queo, itum ab eo, ſed de ambitus ſatis eſt dictum, ratum à reor, ſtaturus contra primitiui naturam primam producit. Omne ſupinum non dictum, mutans ri ſyllabam in tum, producit vocalem ante tum, vt expeditum, petitum. In cæteris præſentis norma ſeruabitur, niſi vocalis ante vocalem, aut poſitio, aut conſonantis mutatio impediat, quod addo, propter poſui, retuli, genui, coëgi, &c.

De verborũ incrementis. A & E

*A creſcens produc, niſi cremento dare primo*
*Ni ſubit r, produc e ſemper: quum ſubit r, do*
*Cum ſocio ternæ breue, Præſens protraheteris.*
*Semper e corripitur præ, ram, rim, ro, beris adde.*
*In reliquis produc, quamuis ſteterunt Maro dicat.*

Incrementum verbi eſt, vbi exceditur ſecunda perſona ſingularis numeri, præſentis temporis, indicatiui modi, actiuæ vocis, quæ ſi defuerit, qualis foret oſtenditur, vt amamus creſcit, quia excedit hanc perſonam amas. Oſcularis creſcit, quia ſi ſecunda actiui verbi foret, ipſa eſſet oſculas. Vocalis in primo incremento eſt, quæ erat ſecundę perſonæ vltima: reliquę in ſecundo incremento eſſe dicũtur. A igitur in vtroq; incremẽto producitur, vt amamus, legebamus. Excip. in primo incremento do das dare, cum primæ coniugationis compoſitis, vt venundabam, peſſundabam &c. E in vtroq; incremento producitur, vt amemus, amaremus. Verùm ſi poſtponatur r, tunc corripitur omne præſens tertiæ declinationis, vt legor, legeris, legeremus, legere. Cum ſocio, id eſt, præterito imperfecto coniunctiui modi. Re ante re vel ris producitur, vt legereris. E ante ram, rim, ro, ſemper, corripitur: vt legeram, legerim, legero: ſic amaueram, quieueram, &c. ſed quieram

produc,quia per ſyncopam eſt,vt deſleram & cætera. Beris vel bere corripitur,vt amaberis amabere. Feram velim ferebam,edam,ero & cætera, corripiunt primam, quia in regularibus non foret incrementum. Cætera producuntur,vt ſteterunt,legerunt,qualia Virgilius & plures licenter corripuerunt.

I. *I produc primo cremento,dummodo quartæ*
*Eſt verbum,debet ſemper producier iui.*
*Corripe præteritis imus,vndiq; venimus edit*
*In coniunctiuo rimus ritiſq; licenter*
*Inuenies,nolite vel ito,velimus & itis.*
V & O. *Et ſimus ſitis produc.Erit u breue non o.*

I in primo incremento verbi quartæ cõiugationis ſemper producitur:vt audimus audite &c.Item præteritum in iui,producit vbiq; i ante ui.vt petiui petiueram, quorum tamen multa præſertim quæ tertiæ & quartæ coniugationis ſunt,per ſyncopam u abijcere ſolent,vt petij &c. Imus in omni præterito corripitur,vt venimus.In præterito autem & futuro coniunctiui, imus & itis licenter producuntur.Ouidius: Vitam dederitis in vndis. Diomedes, quem & Aldus ſecutus eſt præteritum corripi vult, futurum autem produci.O in incremento producitur: vt amatote. V verò corripitur:vt volumus:cætera nota ſunt.

De nominum incrementis. Incrementum nominis,pronominis,& participij,eſt exceſſus obliqui in ſyllaba vel ſyllabis, ſupra nominatiuum eiuſdem numeri:vt puer pueri,qui quorum.In incremento autem plurali a & e & o producuntur: vt horum, harum,rerum. I & u corripiuntur: vt artibus, artubus. Item prima declinatio in ſingulari non creſcit, niſi pro æ dicatur ai,de quo ſatis dictum eſt, nec quarta, niſi in datiuo, vbi eſt vocalis ante vocalem, de quinta in vocali ante vocalem dictum eſt.Ergo à ſecunda auſpicabimur.

*Quæ ſequitur primam,tantum producit Iberi.*

In ſecunda declinatione vnicum producit penultimam genitiui,Iber Iberi,& eius compoſitum.Celtiber Celtiberi:nam de Tydei,Orphei,alius,&c.dictum eſt.

A,O. *Dic atis,onis ab o fer,inis breue,protrahis enis*

On

*On ſi vertis in o, menſus ſit qui fuit ante.*
*Dicis halecis, nec ſpernes Melchiſedechis,* C.
*Dauid Dauidis, bogudis Bogud inſuper optat.* D.

A corripitur: vt poëma poëmatis. Ab o producuntur onis & enis: vt Cato Catonis, Anio anienis. Inis ab o corripitur: vt virginis. Si Greca in on amittant n, ſeruant in obliquis quantitatem quam habuerunt: vt Agamemno onis corripitur: ſic Saxo, Macedo, Vangio, Brito, quod tamen Martialis produxit. Vecto vectonis producitur.

*Maſculeum dat alis, neutrum formatur in alis.*
*Elis cum ſolis produc, reliquis breuiatis.*

Al alis maſculini generis corripit penultimam: vt Sal ſalis. Hoc nomen apud veteres etiam neutrum fuit, & nihilominus eandem corripuit. Neutra producuntur: vt capital capitalis, ſic Danielis, Michaelis, &c. & ſolis. Reliqua corrripiuntur: vt vigilis, conſulis, Saulis à Saul.

*On nimis incertum eſt, en inis dat, cætera produc.*

Eo inis corripit: vt nominis. Cetera producuntur: vt Peãnis. Damen enis, delphin inis &c. Ab hymẽ obliquos nõ dũ apud veteres reperi. De on nequeo dare certã regulam Hæc ferè prod. & plura fortaſsis: Agon, Amydon, Ancon, Amphitryon, Alcon, Aegon, Aſon, Axon, Babylon, Cytharon, Caulon, Colophon, Croton, Calydon, Cremyõ, Chrõmion, Cydon, Chyron, Cauſon, Damon, Daphnon, Dolon, Emathion, Ethion, Helicon, Hammoo, Lampon, Lacon, Ladon, Marathon, Naſamon, Platanon, Porphyrion. Peteon, Phaon, Python, Pelagon, Saſon, Sinon, Sicioo, Solomon, Solon, Syphon, Sciron, Samſon, Telamon, Triton, Trigoo, vecton, Vaſcon, ſic & diminutiua: vt Morion, Gapnion &c. Quædam variantur: vt Aegæon, Gedeon, Orion. Sidon in primitiuo producitur: hinc tamen Sidonius variatur, & Sidonis idis, Edon vel Edonus producitur. In deriuatiuis variatur. Reliqua penè corripiũtur: vt dęmon.

*Aris ab ar produc neutris:* Nectar, *iubar auſer* R.
*Protrahe Nar naris, furis, veris, Ricimeris.*
*Byzer, Ser & Iber, inter græcum æthere dempto*
*Oris ab or produc. Cum neutris corripe græca*

 *Arbor*

*Arboris & memoris breuies, indictaq́; cuncta.*

Aris ab ar neutri generis producitur: vt laquear aris. Tolluntur nectaris, iubaris. Produc. Nar naris fluuij nomẽ: pro foramine naſi nõ nar, ſed naris in nominatiuo dicitur. fur furis, ver veris, Ricimer eris viri proprium. Bizer eris, Ser ſeris, Iber eris. Græca inter omnia ferè producunt penultimam: vt crater eris &c præter æther eris. Produc oris ab or: vt amoris, ſed corripe neutra: vt marmoris, & Græca: vt Caſtoris, Hectoris cum memoris & arboris. Corripiuntur quoq; omnia non dicta: vt mulieris, gutturis, martyris &c. Ador variatur. Lucar auis nomẽ corri. ſed pro precio quod ex luco capitur, producitur.

*Atis ab as produc; ab anas anatis breuiato.*
*Cætera corripies, niſi vaſis: dico vadis vas.*
*Es breuiat, niſi cum locuples, mercesq́;, quiesq́;*
*Sic hæres. Græcum iungo, quod præbuit etis.*
*Is breuiat: tollo glis gliris, quodq́; dat itis,*
*Et pſophis, crinis, & græcum, quod quoq; in in fit.*
*Protrahit os, tria corripiunt bos compos & impos.*
*Vs breuiat, tollas præ dis, ris, tis, quod habebit*
*V, præter pecudis Ligurisq́;: intercutis addo.*
*At melius melioris habet, conformia iunge.*
*Conſona cum præit s, patrij penultima curta eſt.*
*Hinc cyclops, ſeps, gryps, conops, Cercops remoueto,*
*Atq; Europs, hydrops, dolopis dic, raro dolopis.*

Litera plana eſt.

*Præ gis vocalem breuio: producito lex, rex.*
*Ex icis abbreuiat: vibex niſi, cætera produc.*
*Præter ab ax, ſmilax, atrax: cum dropace, candax,*
*Fax & Atax, Pharnaxq́;, panaxq́;, ſtoraxq́;, colaxq́;,*
*Pix & onyx, illix, hyſtrix, cum maſtiche, varix,*
*Coxendix & eryx, fornixq́;, calixq́; cilixq́;.*
*Dic ſilicem, ſalicem, laticem, natricemq́;, niuemq́;,*
*Cappadocem: recte cum præcoce iungitur iſtis*

S.
Vt magnes, etis, tales, lebes &c. vt delphis, inis, ſalamis, &c. quę in in, quoq; deſinũt Idẽ, producũtur quæ habẽt udis uris, & vtis.
Cõparatiua producuntur.
Bs, Ps, Ms, X
Sic ſilax & forte plura

Dux,

*Dux,trux,nux,crux,atq; volux:variato ſyphacem,*
*Et Bebrycem,rarò nomen producimus iſtud.*

Vocalis ante g corripitur: vt remex remigis,grex gregis ſed produc lex legis,rex regis: quibus addes frux frugis. Corripe item icis ab ex: vt vertex. Vnum producitur, vibex vibicis. Cætera producuntur in obliquis: vt myrmex myrmecis,pax pacis &c. Corripiuntur abax,ſmilax,& cætera verſibus comprehenſa,quibus additur elix,larix, natrix:& fortaſſe Narix icis pro ſerpente: at pro fœmina nādi perita produci certum eſt,celox celocis producitur. varix.

A ante conſonantes in primis ſyllabis.

A Ante b corripitur.vt faber. Nota vbique quæ ex regulis præcedentibus noſcuntur: vt ſtabam,flabam corripiuntur tamen ſtabulis,ſtabulor,& ſtabulum: at produc à fabar fabilis,à nabam nabilis &c. Abel variatur. Producuntur Crabro,fabula,fabrateria,flabrum,flabellum variatur: labes labor eris verbum: at labor nomen, & labo as corripiuntur. Labicum variatur. Labicus. Labica,nabis pabulum, pabulor,Sabus: at Sabinus corripitur, Sabatius, Sabura viri proprium: Saburra autem corr. Trabaca. Trabigulus,alij tamen legunt Thargibilus,tabes,tabum,tabeo. A ante b.

A ante c corripitur. vt facies. Excipiuntur primo habētia b aut p ante a, vt brachium,paco. Hinc deme baculus,paciſcor,placeo,Placentia,Placentinus,Pacorus, Pachinus. Sed apud Ouidiū producitur,verū,tum Pacchyn⁹ duplici c ſcribitur,vt quidā volunt,ſpaciū. Secūdò excipiūtur acer adiectiuū,nam ſubſtantiuū corripitur. Acis,quod Claudian⁹ nouè corripuit,Achar. Cac⁹ variatur. Cacabo, cacabus, Dacus facundia Graculus,quod tamen gracculus frequenti⁹ ſcribitur. Clacilla,glacito,machina,macero,maceries: at corripitur macies & Macer etiam propriū,Thracia,Thrace,Vacienus. Vacilla variatur,correptio eſt acceptabilior. Zacharias. A ante c.

A ante d corripitur, vt quadro. Exceptio. Adā variatur. Caduceū Mercurij virga,hinc caducifer & caduceator. Caduſij variatur,clades,Dada,Fad⁹ viri propriū. Gades,Gadir,Gadilō,Gladis. Gradiu⁹ variatur,Ladas,Ladō, Quadi,radix,rado,radico,ſuadeo,ſuadela,ſpadix,trado, traduco, vado, ſed vadum & vador corripiuntur. A ante f corripitur, vt vafer. A ante d. A ante f.

A ante g corrip. vt Tagus, Excipiuntur primo habentia f vel A ante g

vel p ante a, vt ſagus, pagus. Hinc demo flagro, flagellum fragor nomen, fragro as, fragilis, Pagaſa: Vnde Pagaſæus Plaga pro reti vel ora, nam pro vulnere producitur. Plagiũ, hinc plagiarius. Secundò excipiuntur Agalma, apud Græcos tamen corripitur. Agia Agis, Bagrada, Lagon pueri nomen, hinc laguncula quod corripitur. Lagopus, Lagus Aegypti rex variatur, ſed productio eſt longè frequentior. Laganum, magalia, Mago, ſaga, ſic ſagus, ſagio, vnde præſagus & præſagio. At ſagum veſtimentum, & ſagax corripi.

A ante l. ſtrages, tragulum, tragula, ſagitta, vagina, vagio, vagor.

A ante l in diſſyllabis producitur, vt balo. Excipiuntur primo Nomina in genitiuo creſcentia, vt ſalix: præter halec, ales & calo onis. Secundò excipiuntur. Alo, Cales oppidi nomen, cala calæ, calo as Falæ, vel Phalæ arum turres ligneæ. Halys fluuij nomen & viri proprium. Malus mala malum, adiectiuum. nam vbi hæc ſubſtantiua ſunt producuntur. Palam. hinc propalo, palin, quo in compoſitis vtimur: vt palinodia, &c. Pales dea: vnde Palilia, ſalum mare. Talus viri proprium, attalus appellatiuum producitur. Valens proprium viri, Vale, quia fit à valeo.

A ante l. A ante l in polyſyllabis corripitur: vt Phalaris. Exceptio Alea, Alecto, Alphæ, Aledius, balena, caligo, Caliſto, Calatia, Dalida, Laletania, malobathrum, Saluſtius, Salentinum, ſqualeo, Scalena, talea, talio.

A ante m. A ante m produc in diſſyllabis: vt fama. Exceptio. Amo Camers, chlamys, fames, Lamus, Samos, Same, Samorachia, tamen, Thamos, Zama. A ante m corripitur in polyſyllabis, vt amuſſis. Notentur compoſita ab a: vt amoueo, & è longis deriuata: vt à flamen, flameum, flaminica, flaminius, flameus. Exceptio. Amenium, Amianus, Bamura, Damœtas lamentum, lamentor, lamina, Mamercus Mamertinus, Mamurius, Mamurianus, Mamurra, Samaria.

A ante n. A ante n in diſſyllabis producitur: vt manes, mano. Excipiuntur Anas, ana græca præpoſitio: vt anaglypta, analecta, &c. Anus, id eſt, vetula mulier: nam pro podice producitur, cano is, canis, canon, Clanis, Danus, Danis, manus panax, Panos, Phanes, ſic Phanos, planus Græcum idem quod ſcurra: adiectiuum enim producitur. Rhana nympha. A ante n in polyſyllabis corripitur: vt lanio. Notentur è longis

gis deriuata: vt ianua ianuarius, lanugo, phanaticus plani-
ties,&c.Exceptio. Anippe, Blaneus, Canidia, canius, danu-
bius, ganeo, quod iuniores Prudentius & Sidonius corrip.
ſed quàm rectè ipſi viderint. Lanutium, Manilius, Manius
Manilia, Manetus, Panaretus, Phanias, Phanium.

A ante p corripitur, vt pape. Exceptio. Apis rex Aegypti: A an-
Apis autē pro apes corripitur. Apidanus, Apenninus, Aphri te p.
ca, crapula, capo, papas, papa, Papius, Papilus, Papinius, Pa-
pianilla, Papilio, rapum vel rapa. Sapo ſaponis, Sapis, Saper
da, vapulo.

A ante q corripitur: vt aqua. Notanda ſunt compoſita vt A an-
quâque, quâquam, nequaquam. te q.

A ante r corripitur: vt hara. Exceptio, Ara, Arete, areo
area, Arene oppidum, Arunces, Arunci, Arunca, Aruns, A- A an-
raim apud Mantuanum, Barium, Baris idis, Barine, Carica, te r.
Carolus variatur. Caria, Cares, carex, carectum, carus: ſic
omnia adiectiua in arus: vt charus, clarus ſed Clarus viri
proprium corripitur, rarus unde raro,&c, Charis itis, Cari-
nas, Claros, Claris, Darius, glarea, gnarus, Lariſſa, Lariſſus,
Larius, Larinates, Larides, Laronius, Laronia. Larunda, La-
rina Maris viri proprium. Malæus, naris naſi foramen Na-
ryx. Narina velum, Narea, Parus, auis nomen, nam pro in-
ſula corripitur. Parco, Pharis, quare, varix, varicus, varillus.
At varicoſus à varix contra primitiui naturam corripitur.

A ante ſ in diſſyllabis producitur; vt Naſo. Excipiuntur
Baſis, caſa, praſon, Phraſis, quaſi Thaſos, Thraſus, ſic Thra- A an-
ſo. A ante ſ in polyſyllabis corripitur: vt Aſia. Excipiuntur te ſ.
Aſius, Aſiaticus, & Aſis idis ab Aſia contra primitiui natu-
ram, Aſopus, baſium caſeus, laſius, Mnaſilus, Naſica, Naſi-
dius, Naſidienus, Naſidianus, Paſiphae, Paſiphilus, ſic quic
quid eſt à πᾶσα, id eſt omnis Spaſio, Thraſimochus, Vaſi-
dius.

A ante t corripitur: vt quater. Excipiuntur quæ habent
m ante a, vel mutam ante r: vt mater, frater, præter Mathon
matella, at matula producitur à Philelpho, qua ratione ne A an-
ſcio. Matinus, matheſis. Mathematicus, Matieni, gratis ſe te t.
mel apud Martialem, & apud Terentium ſemel corripitur.
Alias vbique producitur. Cratinus, Craterus, Crates, &
Stratocles. Et quæ à κράτος & στράτος deducuntur: vt

Cratander,Strategus, &c. Producuntur Ater,atrium,atramentum,Atella,Atina oppidum: at Atinas proprium viri a breui ponitur. Atys puer Cibeli dilectus, aliorum nomen corripitur. Catillus,Clathrus. Fatum, fatidicus nota ſunt: quia è ſupino producto dicuntur venire, vt natura, natalis, natus: ſed nato corripitur contra primitiui naturam. Gnatia,latus,a um nam latus eris corripitur. Latona,laterna,natura,natio.quatinus & quatenus ex compoſitione.Saturnus ſtatim pro perſeueranter, continenter. Sed ſtatim aduerbiũ temporis,pro illico,mox,corripitur ſemper. Statius,Stlata, vates,vaticinor,Vatineſſa.

A ante u. A ante u corripitur:vt auus. Excipi. Auidienus, Item à præpoſitione deducta:vt auerro,auius,&c.claua clauus,clauis,Dauid,Dauus,Daualus,flauus,flaueo, Flauius, gauiſus, gnauus.Lauinium & Lauinia variantur. Mauors.mauis & mauult,nauis,nauo,pauo,prauus,rauus,rauidus,ſuauis,ſuauium,Sauo.

E ante conſonantes in primis ſyllabis.

E ante b. E ante b corripitur:vt nebula. Producuntur habentia duas conſonantes ante e:vt crebro:præter Crebennus. Trebia fluuij nomen,& Thebatius,Trebonius,Trebius. Producuntur quoque debeo,debilis,debilito, Eboſia, ebrius, Hebe,Hebrus, Nebris, Rhebas Rhebæ, Sebetus, Sebum, Thebe,Vebius,Zebedæus.

E ante c. E ante c corripitur:vt ſpeculum.Excipiuntur Echo, imbecillus contra primitiui naturam.Lecania,lecythus, Mecœnas,ſæculum,Secius:at ſecus corripitur.Stechas, theca.

E ante d. E ante d in diſſyllabis producitur: vt ſedes contra naturam primitiui ſedeo.Notentur deriuata è breuibus: vt pedum,Pedo onis.Excipitur cedo, id eſt dic vel da, Nam cedo ceſſi producitur:cedrus,edo,Medon,ſcheda.E ante d in polyſyllabis corripitur:vt medeor, Excipiuntur Edonus, Gedippa. Gedeon variatur,Hedymeles, Hedulus,medea, Media,Medica herba,Medoaci,Nedymnus,Sedentani, Sucro,Sedulus,ſeditio.

E ante f. E ante f corripitur:vt nefas.

E ante g. E ante g corripitur:vt lego legis. Notentur compoſita: vt ſegrego,dego.Excipiuntur Egates inſulæ nomen egregius,Gregorius, Hegio, lego legas,legitimus, Pegaſus.

Phe.

Phegeus,Rhegyum,regula, regulus, regina, producuntur contra primitiui naturam verbi rego: ſic quoque & tegula à tego,Slege,ſegeria.

E ante l in diſſyllabis producitur:vt velum.Excipiuntur Chelys,celer,celox,Gela,gelu,gelos,helix,Helos,Helops, Lelex,Melas,Meles,meli,melos,Pelops,ſcelus,Telon, velut,velim.E ante l in polyſyllabis corripitur,vt ſelibra. Notentur è longis deducta:vt Delius,delibutus, elegans delicię,&c.Excipiuntur Delubrum, Eliſium,electrum, electra elegia,Helias,Helios,& quæ inde veniunt:vt Heliades, Heliodorus &c.Heliſabeth variatur.Heliſus.Melius viri proprium.Pelamys,Pelion,Pelias,pro haſta Achillis.Nam viri proprium corripitur.Pelignum,Peluſium,ſpelunca, ſpeletum,Teleboas,Teloboæ,Telebous, Telecoon,Telegonus,Telemachus,Telemus,Telephus,velabrum,Velicer. E ante l

E ante m corripitur:vt gemo.Excipiuntur primò que ab e litera etiam aſpirata inchoantur:vt ominus,hemina: hinc tolluntur verba emo & emio quartæ coniuga. Producuntur quoq; diſſyllaba tertiæ declinationis creſcentia in gtō vt ſchema,nemo,thema rectius corripitur,quia Græcè ſha bet,præter nemus,memor,Chremes,Themis,& femur.Excipiuntur ſecundo crementum: Crema,demo , demum δῆμος,id eſt,populus,cum ſuis:vt Demodocus , Demoſthenes &c.Demetrius:ſic Demenetus,democles.Mnemoſynes & quidquid eius originis eſt.Phemius,& ſi quid fiat à φήμη id eſt fama:vt Polyphemus &c.remex,remus,remigo, Remi,Rhemus autem Turni miles, & Remus Romuli frater corripiuntur.Semi cum ſuis:vt ſemiſſis,ſemita &c. Semen, Temetum:hinc ſemino,temulentus,&c. E ante m

E ante n producitur:vt denus. Corripiuntur habentia ante e b g ſ t & v:vt bene,genus, ſenex, teneo,Venus:hinc tolluntur Genezar, Splenium , Sceno us,ſenio , & ſenus à ſex.Senæ oppidi nomen,ſtrennuus , licet nonnulli per duplex n ſcribunt : ſtrena,Senia, Tenos, vena, venor,venucula.Secundò corr.Enyo,Enyalius,Enipeus, enim Eniſpe, Enipſe,Enæſimus,feneſtra, Menander,Menalina, Menapij,Menecrates,& quidquid eſt à μένω,id eſt maneo, fit: vt Menetias,Menelaus,Menechmus &c.Menæceus, Menenus,Meneſthæus, Menenius, Menœtius,Meneſes,penes E ante n

penu

penu, penitus, penetro, Penates, Pheneum, Phreneſis vel Phrenitis, Phreneticus tamē à Martiale producitur: ξένος id eſt hoſpes: hinc Xenium, Xenocrates, Xenodochium, &c. At Xenodotus producitur.

E ante p. E ante p corripitur: vt Vepres. Excipiuntur Cepus, Cephiſus, Cepheus, Cepheni, Cepio viri proprium. Ephitus Epytus, Epiros, Epytides, Gepida, Hepar, Leponticus, repo: at repens pro repentinus corripitur, ſepia, ſepias, ſepio ſepum, Sephora, Tlepolemus, Vepicus.

E ante q. E ante q corripitur: vt Equus, neque, nequeo, & quicquid fit à nec vel neque. At produc venientia à ne aduerbio prohibendi: vt nequis, nequam, nequaquam, nequando, nequicquam, nequam, nequitia. Excipitur Sequana.

E ante r. E ante r corripitur, vt Eryx. Producuntur diſſyllaba habentia p ante e, & quæcunq; per ne ſyllabam inchoantur vt pera, Verona. Tolluntur Pheres, Pheræ, vereor, veru, Verutus, veredus, Produc. Beryllus, Berytus, clerus, clericus, ceruſſa, Ceratus, Ceretum, Cerinthus, cera, cereus, Eridanus, Erigone, Eretum, eruca, Erinne. Erij, feralis, ſed fera corrip. feriæ, Feronia, Geriones, Hero, Hera pro Iunone: nam pro domina corrip. Heracleon, Heraclitus, Heraclides, Herodes, Herodotus, Heros vndè herous, heroicus, & herois: at herus corrip. Heræũ, Merophile, Heritos Heriones, Neritos, Neris, Nerio variatur. Nereus hinc Nereis, Nerine &c. Serus, a um, ſerum extrema pars diei, ſero. At ſerum pro aqua lactis, & ſera pro alicuius rei clauſura corripiuntur. Sera vrbs produc. Seranus, ſertus, ſerio ſeria, Seres, Seranus, Tereus, theridamas à θὴρ θηρός, id eſt, fera: ſic producitur quicquid hinc deriuatur, vt Theron. Therous, nympha & cætera. ξηρός, id eſt ſiccus, quo in cōpoſitis vtimur, vt xerolophus, xeria, & cæt. Xerinthius.

E ante ſ. E ante ſ producitur, vt Rheſus. Excip. meſembrita. Rheſina variatur. Seſoſtris, theſis, Veſagus, Veſulus Veſeris, Veſeuus variatur.

E ante t. E ante t producitur, vt beta. Corripe habentia p vel u ante e, vt peto, veto. Præter Petalus, Betulus, Betula, Cethegus Cletabeni, Creta Schytici loci nomen, ſed pro Iouis patria, vnde Cretenſis &c. produc. Etheocles, Ethemō Etheſię, etiam, ἦθος, id eſt mos vnde ethicus: cacoëthes tamen

men penultimam producit. Fretum, Geta, ἕτερος, id eſt alter: hinc Hetruria &c. μετὰ, id eſt trãs: hinc methodus metaphora &c. μέτρον, id eſt menſura: hinc metrodorus, metreta &c. metallum, metaurus, metiſcus, metanœa, metyllus, meteræi, metabus, metellus, metopon, meto, metuo, meton, methone: retro vnde retrorſum &c. tetricus, τετρὰς eſt numerus quaternarius: quæq; hinc componũtur, Thetis mater Achillis: ſed Thetys vxor oceani fere produc.

E ante u produc. vt Leuinus. Excip. Breuis, Eua, leuis, leuo, ſeuerus. Leui etiam & Leuita iuniores corripuerunt quod tamen à Deſpauterio reprehenditur. E ante u.

I ante conſonantes in primis ſyllabis.

I ante b corrip. vt Libya. Sub i latino & y comprehendit Deſpaut. Exci. fibula, Hybernus, Hybrida, Hyble, Ibis Ibycus, Liber, Bacchus, & adiect. vnde libero liberalis & cę. ſed pro cortice & codice corrip. libo as, libum, libra, libethrus, ſcribo, Scribonius, Scribonia, ſcibilis, ſibilo, Sibia, tibia, tribulum vel a, vehiculi genus, tribulus autem pro ſpina corrip. Tibur, Vibidius, Viburnum, Vibex. I ante b.

I ante c corrip. vt frico. Excip. Cyce, Dico is tertiæ. Nã primæ corrip. item dicax corrip. ficus, ficedula, Icarus, Icaria, Icarius, Icon, Ico, licium, Licianus, Licheus, Lichen, Lycas variatur: mica νίκη, id eſt victoria: hinc Nicolaus, Nicander, Nícomachus &c. pica, picus, Picenum, hinc Picens & Picentinus, Phycus, Sica, Siciliquus, Scripulus. σῦκον, id eſt ficus: hinc ſycophanta &c. ſicut, ſicuti, ſicubi, ſicunde, ſpica, ſpicus, ſpicum: hinc ſpico, ſpiculum &c. Sicheus variatur. Sicilia: at Siculus corrip. plærunq;. Sicania variatur Sicha, Siconius, Ticinus, Trica vel e es. Tricies, triceni, tricesimus, vicus, vicinus, vicies, viceſimus. I ante c.

I ante d produ. vt idus. Excip. Cnidos. Cydon canis & vrbs hinc Cydonius. Cydon viri proprium, variatur Didyme, Didymi, Didymus, Didymaon fides is & ei, ſic fidelis & perfidus, fidicen, fidiculæ, & Fidius. Sed fido verbum produc. ſic infidus & fiducia, fidelia. Fidena & Guido variantur: hydor variatur à Græcis: hinc hydrops, hydra, hydria, hydaſpes. Idem in neutro genere, vnde identidem. Idus viri proprium. Idume: hinc Idumæus, ideo coniunctio, idoneus, Idaſmenus. Midas vel a quidem cõiunctio. I ante d.

Rhy-

I an-
te g.

Rhydiũ,Sidicini,video vidu⁹, & quicquid u ante i habet.

I ante g corrip. vt migro. Excip. Digentia, figo, fligo, frigus,frigeo,frigero,frigil,frigo,Gygas lacus Lydiæ,itẽ viri proprium, & puer formoſus. At Gyges nomen immanisſimi gigantis corr.ſic gigas.Pyga,Pygargus, Phrygiũ lignum aridum Phrygia viri proprium, Sigæum. Sigerius: ſtrigilis variatur,viginti,triginta.

I an-
te l.

I ante l producitur, vt hilum. Excip. habentia ſ vel t ante i,vt ſileo,tilia.Hinc tolluntur Silius,Smilax, Pſilothrũ, Syla,Sylenus variatur:ſcilicet,Sylo,Thyle, Thylos. Corri.quoq; bilibris,ciliũ:hinc ſupercilium, Cilicia,vnde cilix,ciliciũ,cylindrus.Cylidros,Filix, Filimacius & a. Gilippus,hilaris,hiuc Hilarius,Hilarion,& Hilarœdus propria.Hyle Bœotiæ oppidum variatur: pro Sylua & Hylea pro Sarmatica gẽte prod.Hylas Herculis puer, Hylactor. Heliſos variatur Ilerda, Ilertes,Ilaira, Lilæa,Lilæus, Lilybæum,milium, milo vel on, pila, ſphæra qua luditur, pro columna autem producitur.Sic & pilum telum Romanũ, & quæ inde veniunt,vt pilatus,ſic & Pilo as à πιλέω,i.conſtringo,& coarcto vel explano atq; æquo, vnde compilo, expilo, &c.pilus .i.crinis, à quo pilo, as, latinum verbum & ſignificat pilos emitto vel pilos detraho. Pylos, Pylene,Philyte, Piletus, Pylades, φίλος, id eſt amicus, hinc philoſophus,Philomela, Philippus &c. Phylæ, aut Pylæ, Phylace hinc Phylacides, quod contra primitiui naturam producitur.Phylax,Phylira,Phileras.

I an-
te m.

I ante m in diſſyll. produc. vt cimex. Excip. Dimas,fimus.Hymen variatur.Hymenæus tantum corrip. Mimas nimis,Symon & Simo,ſimul,Thymum:In polyſylla. autẽ corrip.vt Chimæra.Excip.Chimerinos. Cymodoce, Cymothoe,Himera,Limone,ſimius,ſimia Similus,Simethus fluuij nomen.At Simethus viri proprium corrp.Timagenes & quicquid eſt à τιμὴ,id eſt honor,vt timæus. Timotheus,Timargus.

I an-
te n.
Purum id eſt ſine altera cõſonãte.

I ante n produ. vt Plinius. Exci. habentia purum c,m, vel ſ,ante i,vt cinis,minus, ſino. Producuntur tamen Cinyps,China,Minos,Minotaurus, Mineus, ſinum & ſinus pro vaſe,pro alijs ſignificatis corrip. Synas, Sina. Corrip. quoq; ſequentia,Ginus. Hinulus rectius producitur, Inula,

la,Inus,Linus,lino & linio,Ninus, Ninos, Niniue, Pina-
rus,Tinarus,tinea,Tines,Tinias,Tinichus.

I ante p corripitur, vt ſtipula, Excip. Gripus, Hipates, Iphis & quicquid fit ex ἶφι,id eſt,robur,vt Iphigenia,iphitus &c.Niphe,pipilo,pipo,Rhiphęi,mõtes Scythici,Rhipheus,ripa, Scipio,ſipho,Sipus,ſypharium,ſtipes, ſtipendium,ſtipo,corripitur tamen ſtipula & ſtipulor. Tiphata, Typhys,Typhon,Typhoeus autem gigantis nomen corripitur,Triphillis,Vipera. I ante p.

I ante q corrip. vt liqueo. Excip. Liquetius, liquor eris ſic liqueſco:liquor nomen rectius corripitur: liquo corripitur,liquidus variatur. I ante q.

I ante r in diſſyllabis poducitur, vt Ciris. Excip. Lyra, Lyris, ſed lira lyris & deliro producuntur. Myron, hinc myropola.Pyra, Pyragmon, & cætera eiuſdem deriuationis.Pyrus,Quiris,Syrus, Syria,Styrax, Styrus, Tyros vel us.Tyra Tyres,Tyras.In polyſyllabis autem corripitur:vt Pyreneus.Notentur è longis deriuata, vt viroſus à virus. Nam à vir corripitur &c. Excip. Chironomõ & quicquid à χεὶρ deſcendit, vt Chirurgus &c. præter Chiragra quod corrip. κύριος dominus,hinc Cyriacus,cyrinus &c.Cyrenæ vrbs Lybiæ aliquando corripitur , pro matre Ariſtei, ſemper producitur.Ironia,Liriope,Myriones, Miritenes, Pirata,Pirithous.Pirene. Pyrene aliquando corripitur Piroma,Pirula,Pyramus,Pyramis, pyreus,Pyralis. Multa etiam à πῦρ corrip. vt Pyrois, Pyragmon, &c. phthiriaſis. Pirancus,Sirius,Stiria,Tireſias, Tiridates: vireſco pro maiorum virium fio:nam viridis fio corrip. I ante r.

I ante ſ producitur, vt Chryſos. Excip. Biſon κρίσις, id eſt,iudicium,hinc hypocriſis &c. Ciſium, Iſara,Iſaurus,Iſaurum, Iſalces, Iſocrates, Iſerus Iſidius ab Iſis fortaſſe contra primitiui naturam, Lyſias, miſer hinc miſericors, miſeror,miſeria,&c. Niſantes, niſi, phthiſis, phyſis, hinc phyſicus &c. Piſidæ, Piſaurus, Phriſius, ptiſana, Siſer, Siſymbrium,Viſellius,Viſurgis. I ante ſ.

I ante t corripitur, vt litura, ſed littera vbiq; per geminationem t extenditur. Excip. habentia m vel r vel v ante i,vt mitis,ritus,vita.Tolluntur Mitylene, mitilo,mitra Mithridates,Britomartis, Britannia ſæpius corrip. Criticus, I ante t.

eus, Critias, Criton, Fritillus, Pritanis, Rithium, vitiũ: ſed vito produc. Vitellus, Vitellius, Vitelliani, Vitulus, Vitrũ Produc, Bitus, Bitonia, Bithynia variatur. Clitella, Clitiades, Clitorius, Cliton, Clitis, Clitumnus, dito, ditesco, dithyrambus, Italia variatur: Litigo, Lythorius, nitor eris, nitella, pituita variatur. Pitheus, Pytiſma, Python ſerpens & quicquid eſt à πύθω, id eſt, putredo, vt Pythagoras, Pythius &c. Scythō. Sithonia, Sithon, ſcitor titillo, Titan, ſed Titanus loci nomen corrip. Tityrus, Tithonus, Zithus.

I ante u. I ante u producitur, vt priuilegium. Excipitur triuicus.

O ante conſonantes in primis ſyllabis.

O ante b. O ante b produc. vt gobius. Excip. habentia duas conſonantes ante o, vt probus, præter Crobilus Crobialus. Cotri. Obelus, obeliſcus: obex variatur, obolus, Phobetor. Robertus variatur, ſoboles.

O ante c. O ante c corripitur: vt voco, vocabulũ proceres: at produc vocula, vociferor: quia à vox vocis fiunt, procerus. Excip. Cocalus, Coceias, Cocytus, Dochim⁹, focale à faucibus dicitur, au in o longum verſa: vt fit in ſuffoco & præfoco, ſed corripe focale quod ferrum ſignificat, quo crines criſpantur: ſic focillo, & ſi quid manifeſtè à focus deriuetur Locuſta mulieris proprium, ſed appellatiuum variatur, ocior & quidquid eſt ab ὠκὺς, id eſt velox, vt Ocyroe Ocyalus, &c. ocium, ocior, Oceanus, Ocimum, Ocheus, Ochus, Ochenius, phoca, phocc, Phocis, ſic Phocilides, Phocus, Phoceus, Phocion, poculum, Socrates.

O ante d. O ante d in diſſyll, produci. vt nodus. Excip. Codrus, modus, modo, odor, Rhodos. In polyſyll. autem corrip. vt odium. Excip. Clodius, Dodona, Zodiacus.

O ante f. O ante f corripitur, vt ofella.

O ante g. O ante g produc. vt Ogyges. Excipi. Bogus, Cogiſantra, logos, ſic logica, &c. Phlogis, Phlogius, rogo, rogus, toga, Vogeſus.

O ante l. O ante l corripitur vt ſtola. Excip, Bola, Bolanus, Boletus. Colis inſulæ nomen, ſic & colis appellatiuum à quo coliculus, coleus, colon id eſt mēbrũ, at colon pro inteſtinis, vnde colica paſsio, corripitur. Colum vaſculum per quod lac vel alius liquor purgatur produ. colus, qua mulieres nent, & colo is corripiuntur. Coliphium. Choliambus

bus,dolium,Folia,æ,venefica quædam. Moles vnde molior,moly,nolo, Nola oppidum Campaniæ olim, Olearos,Olenus. Olea menſuræ nomen,nam pro arbore corrip.proles hinc proletarij, prolixus, Pſoleon, Polydamas & Polypus variantur, ſæpius tamen producuntur: verum cætera à πολὺ compoſita corrip.:vt Polydorus. Solus:hinc ſolitudo,ſed ſolum,id eſt,ſuſtentaculum corrip. hinc ſolidus,ſolor,ſolamen,ſolennis,ſolers, ſcolon, ſpoleion,ſpoletanus,Deriuata à Sol produc.vt ſolaris &c.Tmolus.

O ante m producitur:vt comeſſor,ſed comedo ex compoſitione corripitur, vomer cōtra primitiui naturam. Excip.Bromius,Bromia,Bromus, Coma ſic como as,ſed como,is,id eſt orno,produc.Cometa,Comes,ſic comitor,comitium,cromis,Chromus,Cometes viri nomen.Chromius,dominus,ſic dominor,domus,domo,as, Domitius Domitianus, δρόμος, id eſt curſus, hinc dromedarius, dromo,Dromas adis,canis nomen, & hippodromus, glomus glomero, Gomor: ſic Gomorra, Homilia & quidquid eſt ab ὁμὸς,id eſt ſimilis, & Homonæa &c. homo, Homerus, Homole,Nomas adis,omaſum,omitto,Prometheus, Promulus,ſtomachus,Tomi,orum,Tomos,tomus, Tomyris, vomo,Tomica rectius corripitur, Vomauus. O ante m.

O ante n corripitur,vt ſonus. Excip. habentia c d vel p ante o: vt conor, dono, pono: Hinc tolluntur Clonius Chronius,Clithonius,Conon,Donyſa,Donace. Secundò excipiuntur γωνία, id eſt angulus, hinc forte Gonophius &c. Monychus.Reliqua autem à μόνος, id eſt ſolus corripiuntur,vt monachus &c.Nonus,nonaginta,nonæ.Nonius,Thonitis,Zona. O ante n.

O ante p corripitur,vt tropus,operio actiuum, ſed operior deponens producitur, hinc à nonnullis per duplex p ſcribitur. Excip.habentia c ante o, vt copia,ſcropha: hinc tolluntur copos in compoſitis, vt artocopus, epiſcopus, ſcopus hinc ſcopulus,Scopas,cophinus. Excipiuntur etiā hæc à regula, Dropax, Opis nympha, Opoclope, Populus arbor,Pſophis,Popea,Sophrona,Sophroſine,Sophroniſcus, Sophronium, ſic cætera quæ à σώφρων, id eſt caſtus, veniunt. Sophronius autem apud Martialem o breui priore,altero longo ponitur, contra quam Grææ ſcri- O ante p.

pturæ ratio poſtulat, verſus fortaſſis, vel nomē ipſum corruptum ac vitiatum eſt ſopio is, at ſemiſopitus ſemper corripitur: ſic ſopor, ſoporo, Tophus.

O ante q. O ante q corripitur: vt quoq; coniunctio, ſed quoque à quis, vt alij ablatiui in o, produ.

O ante r. O ante r corripitur, vt corium, motor. Excip. habentia l vel r ante o: vt gloria, rora, Choreus, Corus. Chorus autem pro cœtu corripitur, coram, Corycus, Corytus, Corytha, Coralium variatur, ſed frequentius producitur, Chorafmij Δῶρον, donum vel palmus: Hinc Dorotheus &c. ſic Dorus, Dorias. At Δόρυ, id eſt lancea corripitur: hinc doryphorus, doryclus &c. Doris idis, Doriſcus, Dorus, Dores, Dorion, hora: ſic horoſcopus, Horops, Horus, at Hora proprium corripitur. Morio id eſt fatuus: hinc morari verbum. i. deſipere ac fatuum eſſe, pro expectare corripi. Morus arbor, & adiectiuū Græcum, moroſus à moribus producitur deriuatione, ſi á mora reperiatur, corripitur: vt aiunt, Moricum, Noricum, Noris vrbs, ora appellatiuum pro dea autem corripitur, Oro as, Oromedon, oropus. Oricos, Orata, Orithos, Orion variatur, Orithyus, Orificium, Orea, Oritæ, Orithya, Phora, Phorus, Pſora, Sora Soracte, Sorex, Soros hinc ſorite, Thorax, Toranius, Voraptus.

O ante ſ. O ante ſ producitur, vt proſa. Excip. Coſæ arum, Coſyra variatur, Doſis, Moſas, Moſa, Moſella, Moſyni, Oſiris, Oſius, Oſinius, poſui præteritum, Proſides, πρὸς, id eſt ad: corrip hinc proſodia &c. Proſymna, Proſopon, proſopopœia. Proſerpina variatur acceptabilior tamen eſt productio, roſa hinc roſeus, quod à ros producitur, vt roſidus. Soſius bybliopolæ nomen: at Soſia ſerui nomen prod.

O ante t. O ante t corrip. vt notus venti nomē: notus verò participium per generalem regulam producitur, ſic quæ hinc fiunt noteo, noteſco &c. Excip. habentia duas conſonantes ante o, vt Clotho &c. præter Brotheas, Crotus, Croton, crotalium, Crotopus, Crotiorus, Proteros, ſcotus Græcum, hinc Scotinus, Scotuſa. Produ. quoque Cotilus, Cote vel es, coturnix, Iota ſi diſſyllabicos accipias, rectius tamen tribus ſyllabis effertur, Lotus arbor. Lotium producitur à Catullo. Valla tradit o breue habere, poto, Potilia-

nus. Photis, Soter, hinc ſoteria, Sotes, Sotades, totus ac toties, & totidem corrip. Vocienus.

O ante u corripitur: vt ouis. Excipiuntur ouum, prouincia. O ante u.

¶V ante conſonantes in primis ſyllabis:

V ante b corrip. vt rubeo. Excip. habentia b vel n ante u: vt Bubo, nubo, ſed corripe bubulcus, pronubus, innubus, cōnubium variatur. Excipiuntur ſecundò glubo, huber & quæ hinc deſcendunt: vt hubertas exhuberare &c. ſunt qui hæc ſine aſpiratione ſcribunt, iubilū, lubricus, pubes, ſic pubeſco & cet. rubigo, ſuber, ſubula, ſubulo. Tuber neutro gene. fungi ſpecies. At pro arbore & fructu fœminini gene. corrip. V ante b.

V ante c produ. vt mucus. Excip. habentia c, n vel r ante u, vt cuculus, nucleus, trucido, præter cucubo, cucurrio Nuceria. Excipiuntur & hæc Ducarius, Duco as, vnde educo, nutrio. Duco autē is tertiæ produc. ſed dux ducis corrip. ducenti, duceni, fuca: at fucus & fuco as produc. lucrum, ſic lucror, Lucrinus, Lucretius, Lucretia, lucerna cōtra naturam primitiui, Lucretilis, Luceres variatur, at Luceria oppidum produc. Lucumo, mucro. V ante c.

V ante d produ. vt rudus. Excip. pudet, pudicus, Ludouicus variatur, rudis, rudens, funis nauticus, rudo variatur, Rudiæ, Rudinus, ſudes, ſtudeo, Trudes contra primitiui naturam, Tuder, tudito as. V ante d.

V ante f producitur, vt rufus. Excip. n ufæ arum. V ante f.

V ante g producitur, vt rugio. Excip. habentia f i vel p ante u, vt fugio, iugum, pugil, præter fruges frugi, & quidquid hinc fit. Iugerum, iugis, pugio, pugillaris variatur, excip. etiam tugurium. V ante g.

V ante l corrip. vt vlula. Excip. habentia f vel g vel m ante u, vt fuligo, gulioce, mulus. Sed corripe, fulix vel fulica, gula, & mulier. Secundò excip. Bulimi, Bule, culus, culeus. Dulichium. & ſi quid à Δοῦλος venit. Iulius, Iulianus pulex, quod à neotericis malè corrip. Thule, Pulypus, Pulydamas, u pro o. pulaſtra, vligo. V ante l.

V ante m producitur, vt humor. Corripe habentia c n vel t ante u, vt cumulus, numantia, tumeo. Tolluntur hinc cumæ, numen, Numacius, ſtruma, numella, corrip. quoque V ante m.

humus,humilis, humerus, pumilo, vel lio & us variantur rumex.

V ante n. V ante n producitur, vt munia. Excip. cuneus, cuniculus,tunica.

V ante p. V ante p corrip. vt duplex. Excip. habentia m p vel r, ante u, vt nuper, pupus, quod neoterici, vt nonnulla alia male corrip. rupes, præter Rupilius. Produ. quoque Buphagus, cupa, Cupennius, ſtupa, vpilio.

V ante r. V ante r prod. vt curia. Excip. Curius, Cures, hinc Curetis. At Curetes pro Cretæ populis & Iouis ſacerdotibus producitur. ſunt & populi Dalmatiæ, & ſic corripitur. Curulis, Duraton, Durius, ſuro, furor, furia, & furio, Muria, nurus, ſpurius, Turius, Turis viri proprium.

V ante ſ. V ante ſ producitur: vt Muſa. Excipiuntur Fruſino, puſillus: licet puſio vnde putatur deduci producatur. Suſanna variatur, ſuſurro.

V ante t. V ante t in diſſyllabis producitur: vt brutũ. Excipiuntur cutis, frutex, lutum pro cœno: ſed lutum nomen coloris producitur, puto, putris: hinc putror. At putor, id eſt fœtor, producitur: ſic puteo putidus, vter adiectiuum: ſed de vter ſubſtantiuo dubium eſt an corripiatur. Vti pro vt. In polyſyllabis u corripitur ante t: vt Ruteni. Notantur è longis deducta: vt vtilis, glutino, ab vtor & glutẽ &c. Excipiũtur Buteo, futio: hinc effutio, glutio, Glutius, Iuturna, mutuo, mutuus, Mutius, Plutarchus, Rutilius variatur, ſtrutio Tutia, Tutius, Tuti[illegible]s, nutrio rectius producitur.

V ante u. V ante u producitur ſi conſonãs nulla præcedat: vt vua ſecus corripitur: vt iuuo, pluuia. Iuuerna autẽ producitur.

¶Mediarum ſyllabarum quantitas.

MEdias ſyllabas vocant Grammatici omnes eas, quæ [illegible]er primam & vltimam ſunt.

A ante b. A ante b corripitur: vt cannabis. Excipiuntur Verbalia à prima coniugatione in bilis & bundus & omnia nomina in abulum: vt amabilis, lætabundus, acetabulum &c. Inſtabilis corripitur: vt ſtabilis: ſic inhabilis. Arabulus, dolabra, dolabella, candelabrum, volutabrum, ventilabrum, velabrum, quia è longis ſunt.

A ante c. A ante c corripitur: vt Aeacus. Excipiuntur nomina in aculus a um, tã adiectiua quàm ſubſtantiua: vt vernaculus noua-

nouacula,habitaculum. Et in aceus,a,um:vt herbaceus,vinacea,orũ. Et in acius:vt gallinacius. Item cõpoſita à βραχὺ:vt tribrachus &c. Producuntur quoq; è barbaris deducta: vt Dordacum &c. Secundò excipiuntur Anchaces, Benacus, Bonifacius contra primitiui naturã. Cloaca, Cochlaca, Eumacus, iracundus & ſi quid aliud ſit in acundus limaca. Laudace, meracus, cior, ciſſimus. Muſtacius, numacius, opacus, Otacilius, Paſtinaca, Piſtaciũ, Peracius, Portulaca, Pediacia, Pheacia, Sarracum, Sampſacum, Syracuſæ variatur: ſed productio eſt frequentior. Valaci.

A ante d corripitur: vt Carneades. Excipiuntur in adus propria è barbaris: vt Conradus, Menradus &c. Ageladas Cicada, Iader. A ante d.

A ante f ſi inueniatur in ſimplicibus corripitur, præter Venafrum & Venafranum. A ante f.

A ante g producitur: vt ſuffragium. Excipiuntur compoſita ab ἀγωγὴ: vt Iſagoge, paragoge, apage &c. Sic quoq; omnia ſecundæ: vt onager, pelagus, naufragus, Pamphagus, & quidquid eſt à φαγεῖν, vel ab ἀγορὰ, id eſt forum: vt Pythagoras, Mandragora: ſic ab ἄγρα, id eſt dolor: vt podraga & cet. Acragas, Abdenago, ἀλλαγὴ, id eſt mutatio: hinc hypallage &c. Aſtyages, Arpiages, Attagen, Attagena, Cartilago fortaſſe. Lalage, Maſſagete, Pãtagia, Paphagones, Thyrſagetes. A ante g.

A ante l corripitur: vt Italus. Excipiuntur deriuatiua in alis & ale: vt animalis, focale &c. Item deriuatiua Græca in alium: vt Coralium, Sandalium, Condalium &c. rectius corrip. & non niſi Ectaſi, vt puto, producũtur, Aretalogus, Canalis, Ceramalus, Cephalenia, Cephalus tamen primitiuum eius corripitur. Ialyſus, Magalia, Mapalia, Meſſala: vnde Meſſalinus, Omphale Herculis amica: ſed Omphalos appellatiuum corripitur. Pharſalos, & quidquid hinc eſt. Pharſalia aliquando tamen corripitur. Sardanapalus, ſodalis, Stymphalus. A ante l.

A ante m corripitur: vt Salamis. Nota vbiq; à barbaris ſyllabæ extentione deductæ: vt Adamus, Abrahamus &c. Excipiuntur nomina in amen & amentum: vt Examẽ, Calceamentum, Calamus philoſophi nomen: at appellatiuum corripit, Contamino, ſic intamino, Dictamus, thymiama. A ante m.

A ante n. A ante n corripitur: vt galbanum, Sathanas. Excipiuntur deriuatiua in anus, anius, aneus, & anis: vt phaſianus, extraneus, Titanius, immanis, inanis: ſic aranea vel us, & habentia vocalem ante a: vt Mathiana. Producuntur etiam quarumcunq; rerum propria: vt Bolanus, Nicanor, Hiſpania, Lecaoia mulieris nomen: vt Laletania & Theano. Cætera mulierum propria corripiuntur: vt Sagana, niſi è maſculinis productis fiant. Corrip. quoque Ariſtophanes, Epiphanes, & ſimilia. Aſtyanax, & ſi quid eiuſdem ſit originis, Aſcanius, Ananias, Apidanus. Sic cætera in danus: vt Dardanus, Iordanis viri nomen: ſed pro fluuio producitur. Abana, Bethania, Capaneus, Catane, Cyane, Cyanus, Conchani, Ceranus, Caranus, Drepanum, Duranus, Diſſimanus, Euganeus, Ecbatana, Eridanus, Hebromanus, Hypanis. Illibanus, Libanus, Marcomanus, Manganus, Oceanus, Peutaoei, Pitanus, Pritanis, Stephanus, Sequana, Sardanapalus. Suſana oppidi nomen, Sicania: at Sicanus variatur. Taprobane. Teſſimanus, Vranius: ſic Vranie.

A ante p. A ante p corripitur: vt catapulta, Excipiuntur Anapus vel is, Cynapes, lapis, Iapetides: at Iapetus Promethei pater corripitur. Iapyx, Iapix, Iſapis, Meſapus, Neapolis, Priapus, Serapis, Serapion, ſinapi.

A ante q. A ante q corripitur: vt Tanaquil. Notentur compoſita: vt vtraque &c.

A ante r. A ante r corripitur: vt Barbarus. Excipiuntur deriuatiua in aris & are, atque in arius, a, um: vt molaris, altare, aquarius, Silataria, panarium: ſic Ducarius viri proprium, Amaracus, amarus, auarus, auararicus, Baleares, Caphareus cochleare Hilarius fortaſſe non rectè producitur à Sidonio: hilaris enim à quo deriuatur corripitur Longarenus Magarus, Margarita Prudentius malè producit. Nouara, Pinarius, Phalarica, Tiara.

A ante ſ. Ante ſ corripitur: vt Iaſius. Excipiuntur Agaſo, Amaſis, Colocaſia, Capraſius, Iaſon, Naaſon, Omaſon, Orbaſius, Pernaſus, Paſcaſius, Viridaſius.

A ante t. A ante t corripitur: vt cyathus. Notētur è longis deducta: vt aratrum, optimates. Produc. deriuatiua in atus, a, um, in atius & aticus a um, in ator & atilis &c. deriuatiua ad-

uer-

ſuerbia in atim: vt tunicatus, ſenatus. Pilatus, Horatius, Pediacia, ſolatium, aquaticus, palatium, aleator, ſaxatilis, vicatem: ſic oppidi nomen Collatia, & nomina in ates: vt Achates. Hinc tolluntur Socrates, Xenocrates & cætera ex κράτος. i. robur: & ſi quid tale ſit à στρατός. i. exercitus: aut à βάτης. id eſt ambulans: vt Caliſtratus, ſchœnobates &c. ſic Antiphates, Pelates, Zalates, Sarmates. Producitur quoque Aratus Græci poëtæ nomen, Ceratus, cicatrix, Egates, Erymathus, Fabratèria, Grabatus, Hypates, Leucate, Lupatum, Palatus vel um Reate, Phabaton, Tiphata: ſic Teatus, Tegeaticus, theatrum, veratrum.

A ante u producitur: vt Octauius. Excipiuntur Batauia: vnde Batauus variatur. Patauium.

E ante u.

E ante vocales in medijs.

A ante b corripitur: vt muliebris. Excipiuntur Alebes & Alebus.

I ante b.

E ante c producitur: vt imbecillus. Excipiuntur Acerſecomes, Berecyntos, Ezechias, Pherecles. Oëclides, Romechium Seneca, Senecio, Suffecius, Telecoon.

I ante c.

E ante d producitur: vt Sarpedō. Excip. Alcimedon, & cetera quę in medon medes vel mede deſinunt. vt Alcimedes &c. præter Lycomedes & Diomedes, Cathedra, & quidquid eſt ab ἕδρα, id eſt ſedes: Celedon, Empedocles, Eſſedum. Ficedula variatur. Lacedæmon, Lebedus, Macedon. Ouidius tamen Macedonia [illegible]ropter tot breues produxit. Melchiſedec, Peucedanum, [illegible]emedium, Te[illegible] Vagedruſa, V[illegible]edo Veleda, Zebedæus [illegible]atur.

E ante d

E ante f variatur: vt Liquefacio. Veneficus tam[illegible]citur.

E ante f.

E ante g corripitur: vt Elegia. Nota ſemper è lon[illegible]e-ducta: vt Collega à lego as & cæt. Excipiuntur Cethegus, Naupegus, Symphlegas.

E ante g.

E ante l producitur: vt Candela. Excipiuntur compoſita à τέλος: vt Ariſtoteles, & σκέλος, id eſt crus: vt Periſcelis &c. Ageladas, Achelous, Albimelech, Alleluia rectius oratio eſt. Arele, Arelas, Angelus, Ampelus, Ameletis. Ardelio, Ampelius, Auelis, Cybele: ſic Cybelus, Cypſelus, Euangelium, Eleleus, Eutrapelus, Enceladus, Enchelìæ, Ficeliæ, Hedymeles: & ſi quid à μέλος deſcendit. præter Philome-

E ante l.

lus & a, Iceclus, Menelaus, Meneleus, Nephele, Nyctelius, Obelus: hine obeliſcus, Penelope, Penelops, Pterelas, Semele vel Stimele, ſepelio, Stenelus, Stipelus vel Stiphelus Sicelis, Siculus, Sicelides, Thymele, Vindelici, Xerāpelinꝰ.

E ante m

E ante m producitur: vt Diaſtema. Excipe Anathema, quod Prudentius & nonnulli e longa poſuerunt, id nobis non eſt imitandum. Alemania, Anchemolus. Archemorus Anemos: hine anemoria, Anthemius, Artemis: hinc Artemiſia & Artemidorus, Anaximenes, Autolemus, Chryſothemis, ſic cætera à θέμις. Elementum, Getſemani, Neoptolemus, & quidquid eſt à πόλεμος vel πτόλεμος: vt Polemon Polemius, Ptolemæus & cæt. Ploxemum. Solemus viri nomen. Telemachus, Telemus, Tlepolemus, Triptolemus, vehemens.

E ante n

E ante n producitur: vt Galenus. Excipiuntur compoſita à γένος, id eſt genus, ξένος, id eſt hoſpes, & σθένος, id eſt robur: vt Protogenes, Eugenia, Amphigenia, Demoſthenes Philoxenus & cæt. Armenia, Achæmenes, Achemenides Ambenus, Alcamenes, Ariaſmenus, Alimenus, Abdenago, Berenice, Berenicis, Carmenion, Ceteneus, Catenātia, Clymene, Clymenus, Clazomenæ, Diadumenus, Echeneis, Eumenis, Eumenius, Eurimenes, hebenus & num. Helena, Helenus, Hippomenes, Idaſmenus, idomeneus, iuuenis, ingenium, ingenuus, & compoſita: vt alienigena &c. Melpomene, Miſumenus, Miritenes, Nyctimene, Olenos, Orchomenus, Ormenus & [illegible]eno, Pœmenis, Parthenos, Parthenice, Periclymenus, Porſena, Virgilius etiam mediam produxit, Stelenus, Telemeneus.

E ante p

E ante p corripitur: vt Elephas. Excipiuntur Aeſepus, Aſclepius, Ioſephus.

E ante q

E ante q corripitur, ſicubi tamen inuenitur.

E ante r

E ante r corripitur: vt magiſterium. Excipe propria, quæ ferè producuntur: vt Homerus, Cythere pro ipſa Venere. Citheræa tamen corripitur &c. Plurima corripiuntur è quibus multa hic ſubieci. Primò plæraque latina in erius, cū primitiuis ſuis, ſi quæ habent, velut Tiberius à Tiberis, Valerius à Valerus, Sigerius, Laberius, Egerius &c. Sic & fœminina: vt Valeria, Febrateria: Acheron, Aſterie, Aſterion & quidquid eſt ab ἀστήρ: vt Aſteriſcus, Bructerus, Bellerophon

phon, Cerberus, Craterus, Cicero, Cremera, Camere, Camerius, Caſperula, Caſperia, Eucherius, Eleutherius, Glycere, Glycerium, Hiericho, Hieronymus, & quidquid eſt ab ἱερός. i. ſacer. Hiera nymphæ nomen producitur. Himera, Laberius, Marcomeres, Mermerus, Nuceria, Pierus, Peteron Silerius, Tripherus, Nicerotes. Compoſita ab ἔρως, id eſt amor, & à κέρας, id eſt cornu: vt Phileros, Rhinoceros, Producuntur adiectiua plæraque ſecundæ declinationis Latina: vt ſeuerus, ſyncerus, procerus, auſterus, galerus, arteria, Cyperus, Cratera, Cauterium: & quæ alia in τήριον ſiue τηρία Græcè deſinunt: vt Cæmiterium, Baptiſterium, Pſalterium, Myſterium, Soteria, Clyſterium &c. Dicterium, Galeria, Poderes, Statera, Trieteris, Trieris.

E ante ſ corripitur: vt Epheſus. Excipiuntur verbalia Græca in eſis: vt Catachreſis, Diœceſis, Poëſis, Pleureſis, Phreneſis &c. Item numeralia quæcunque habent e ante ſimus: vt Vicesſimus &c. Archeſius, Carcheſium, Diaporeſis, Eccleſia Eteſiæ, Galeſus, Geneſa, Herbeſus, Haleſus, Haleſinus, Ieſus, Lyrneſus, Lycabeſos, Lirneſius, Marpeſus, Magneſius, Marpeſius, Matheſis, Megaleſia, Maleſus, Mileſius, Micaleſus, Moneſus, Moneſes, Mindeſius, Mindeſus, Meneſis, Opeſos, Oneſimus, Odeſus, Spercheſiades, Teumeſus, Telmeſus, Titareſus, Vageſus viri nomen. Vogeſus autem pro monte corripitur. E ante ſ.

E ante t producitur: vt Curetes: Paracletus: Excipiuntur denominatiua in etas vt piet[illegible] compoſita à μέτρον vt Diametrum. Et quæ ab αἱρετός, [illegible], ἀρετός veniunt: vt Hæreticus, Syntheton. Chryſendetum, Panaretus &c Item Aëtos: hinc Aëtius, Aëtites & cæt. ἀρετή. id eſt virtus, vtimur in quibuſdam compoſitis: vt Anaxarete, Aretalogus, Arethuſa, Aſchetus, Archetypus, Amethyſtus, Archetius, Arteticus, Calpetus, Capetus, Ghaletus, Cercetij, Calpetianus, Chremetaon, Cynetes, Derceris, Eteretes, Eetion, Feretrius, Feretrum, Hicetaon, Herpeta, Hypetaon, Heluetij, Icetaon, Iapetus, Lampetiæ, Lucetia, Lucetius, Macetes, Magetæ, Maſſageta, Meretrix, Olethros obſtetrix, Oretæ. Phaëton, Phaetuſa, penetro, pharetra, pheretrum, Pyrethrum, Palperus, Phegeton, Peucetius, Pometij Suffetius, Taygetus, Temetum variatur: opinor E ante t.

rectius produci. Teletuſa, Trieteris, Dieteris, Triquetra, Thyrſagetes, Vegetus, Venetus, Petrarcha producit, Venetia: Victus variatur,

E ante u. E ante u producitur: vt Aleuas.

I ante vocales in medijs.

I ante b. I ante b corripitur: vt delibutus. Excipitur Oribaſus.

I ante c. I ante c corripitur: vt Epicurus. Excipiuntur ex barbaris deducta nomina in icus: vt Henricus, Vlricus & cætera. Quæ autem è Latinis aut Græcis deducuntur corripiuntur: vt Mylicus, Theodoricus, Amycus, Melicus, Dominicus & cætera. Quæ tamen è longis ſunt, producuntur: vt à νίκη id eſt victoria, Philonicus, Olympionices, Berenice, Veronica, Theſſalonica & cætera. Amicus, & quæ hinc fiunt, Amyclas, anticus, apricus, Apicius, Aricia, Aequicolus, Bellicanus, Caycus, craticula, canicula, clauicula, cuticula, caprificus, Cuniculus, conuitium, ceruical, Equicolus, febricitor, formica, Iunices, Labicum & us. Lorica, lectica, lumbricus, Laſerpicium, Marica, Mauricus, Myrica, mendicus multicium, Naſica, nouicius, Numicius rarò corripitur, Nutrico, prædico, Pelicanus, Palicus, poſticus, pudicus, Prodicus, Phœnicopterus, periculum, pediculus, petricoſus, rubrica, redimiculum, Saticulus, Sophopichion, ſiticula, ſomniculoſus, tegeticula, Triuicus, Tiriuilicium, tibicen, Vaicus, Vaticanus variatur, Vmbilicus, Væpicus, viticula, vrtica, veſica, Vſtica.

I ante d. I ante d corripit[illegible] præſidium. Notentur è longis cõpoſita: vt trucido, deſidero, conſidero, & proprium Deſiderius. Excipiuntur Latina in ido denominatiua: vt formido. Patronymica in ides ab eus: ut Pelides. Et ab us pauca: vt Lycurgides, Belides. Reliqua patronymica in ides corripiuntur. Producuntur Abydus, Acydal, Alybides, Chelidon: hinc Chelidonia, Euclides, Elegidiũ, faſtidio formido, Godefridus, Iſidius, Laides, Neſidæ, Poſidei, Piſideæ, Pherecydes, Sigefridus, Thucydides, Vectidius.

I ante g. I ante g corripitur, vt corrigo. Excipiuntur nomina in igo: vt ſiligo & cætera, auriga, Catapygus, caligo as verbum & nomen: caligo autem, & hinc caligo verbum corripiuntur. Diapiganon, Depygis, Eryginus, caſtigo, ſic & inſtigo, veſtigo, & quæ inde fiunt faſtigium, fatigo, Læſtri-

go

gones, Origanum, Præſtigiæ, Quadrigæ, Salpiga, Vectigal.

I ante l corripitur: vt conſilium. Excipiuntur ſubſtantiua in ile & à nominib' formata in ilis, vt bouile, quintilis. Corripe autē quæ in atilis deſinunt: vt aquatilis. Et à verbis nomina in ilis: vt ſolutilis, ſeſſilis, nexilis, amicabilis: ſic parilis, humilis, daphilis & cæt. Excipiuntur ſecundò Aſylum, Aſylus, Aſylas, Achilus, Allophylus. Abyla variatur. Acilius Aufilenus. Cobylum, Conchylium, Crocodilus. Condylonia variatur. Duilius, Eriphyle, Fœnilia, Galilæa variatur, Lucilius, Manilius & a, Maſſylia, Maſſylianus, Maſſilia autem pro vrbe Galliæ corripitur. Oileus, Odilia, Pamphylia, Pantilius, Penlia, Palilia Rutilius variatur: ſic Seruilius, Strobilus, Venilia, Triphylus, Titiuilicum. I ante l

I ante m corripitur: vt ſpecimen. Excipiuntur ἀτιμή, id eſt honor compoſita: vt Theotimus. Item verbalia in men vel mentum à verbis quartæ: vt lenimen, rudimentum, pauimētum: ſic diſcrimen & detrimentum. Et quæ à barbaris fiūt: vt Ioachimus. Et quæ à longis fiunt: vt apprime, diſcrimino &c. Alimenus, Archimedes, Ariminum, Alimon, Adimātus, Amymone, Enthymena, Epithima, Ephimeris, Opimus Opimius, Quadrimus. I ante m.

I ante n corripitur: vt Itiner. Hine quadruplex fit exceptio. Prima producunt [illegible] nentia in ina, ine, vel inæ: vt Rapina, Nerine, Ad[illegible]. Demuntur hinc Aſina. Apinæ Buccina, Carina, Euphroſyne, eleem[illegible] femina. Faſcellina, fiſcina, fuſcina, Fellina, Gauſap[illegible], [illegible]na, machina, Mnemoſyne, Mutina, mundinæ, patina, pagina, Proſerpina, Ruſpina, Rhefina variatur. Sophroſyna, ſarcina, Sarſina, Siatina, Sibina, trutina, trutino, Xerampelinæ. Fœminina maſculinorum regulam ſeruant: vt domina, aſina, & cæter. Secunda exceptio. Propria ferè producuntur: vt Leuinus &c. Tolluntur hinc ex prima exceptione nota: vt Ruſpina, &c. cum his Ariminum, Alemonius, Aſinius, Arſinoe, Alcinous, Albinouanus, Aeſchinus, Aeſchines, Carcinus, Cælinus, Cyminus, Earinus, Fucinus, Fulginia, Fuſcinus, Fruſino, Gallicinus, Herminius, Lycinus, Lycinius, Lauinium variatur, Matineſſa, Morinus, Myrinus, Myrrhina, Sardinia, Scatinia rectius producitur. Stertinius, Tarquinius, Titini, I ante n. [illegible]

tinius, Taurominum, Torinus, Vtinum. Tertia exceptio: Producuntur deriuatiua in inus a um: vt bouinus. Demuntur hinc craſtinus, diutinus, ſerotinus, perendinus, priſtinus, hornotinus: & quæ fiunt à nominibus materiarum, lapillorũ vel gemmarum, vnguentorum, odorum, colorumque: vt faginus, cryſtallinus, crocinus. Quarta exceptio. Aginor, aris. Acinaces, Aceſines, Architriclinus, & quidquid eſt à κλίνη, id eſt lectus, caminus, Catinum, cyminum vel cuminũ, coſſinus, Echinus, feſtinus, Gelaſinus, Catagelaſinus, inquilinus, Morticinũ, opinor, inopinus, omnino. Paſtinaca, piſtrinum, propino, popino, puluinar, puluinus, ſupinare, ſagino, ſalinum, Telchines, tintinabulum.

I ante p. I ante p corrip. vt Antiphio. Exc. Aliphæ, Caiphas variatur. Coliphium. Enipeus vel Enipheus, Euripus, maniplus, Rhaſipalis, Seriphos, Seriphum.

I ante q. I ante q producitur: vt antiquus: Excip. ſiliqua & cõpoſita, vt aliqua, reliquus, reliquiæ &c.

I ante r. I ante r corripi. vt Anticyra. Excip. Apyrinum, Archimagirus. Amphiranus, Buſiris, butyrũ variatur, Bechires, collyrium, Coſyra. Campirus, Cypirus, Corcyra, Cercira, Deianira, Deliro, Epirus, Epirota, Equiria, Ilaira, Magirꝰ, Laius, Ithirei, Oſiris, Papyrus, hinc Papirius & Papyrianus, Petoſiris, Podalirius, Phillirius, Rabirius, Sapphirus, Semiramis, Stagira, Stantyra variatur, alij Tentyra legunt Thelaira, Vechires.

I ante ſ. I ante ſ cor[illegible]t Cytiſus. Excip. methyſus. Amphryſus, Amphitus, Anchiſes, Aruiſium, Amiſus, Cambyſes Chriſianus, Criniſus, Cephiſus, Cogiſantra, Donyſa, Dioniſius, diuiſio. Elyſa, Eliſæus, gauiſus, Laliſio, Moyſes, Ocriſia, Paradyſus, paralyſis.

I ante t. I ante t corripitur: vt conditio. Excip. Græca deriuatiuæ formæ in itis, ites, itas & ita, vt leuites leuitis, Moabita, Architas. Item nomina in itus è nominibus formata, vt auritus, auitus &c. præter ſeruitus, ſic ſeruitium.

Producuntur quoque nomina à verbis in titius, vt ſuppoſititius &c. à nominibus corrip. vt patritius, Produ. etiã aduerbia in itim à nominibus, vt viritim, Aquitania, Aconitum. Amphitrite, amicitia, Amithone, Anytia, Aphrodite, Alithyia, Alites, Beritus, Coritha, Corytus, Cathamythus

thus, Cocytus, Caſtritius, corbita, Damaſitō. Eriſitō, Eboſita, Erithus, Erithræus, cuius correptionem nuſquam inueni: productionē ſæpè, fortuitus producitur aliquãdo, Galita, galerita, Hermophroditus, Hyarbita, Haſbyte, Heraclitus, Ilythia, Idolothytum fortaſſe, inuitus, irrito pro laceſſo ſeu prouoco in alia ſignificatione corrip. Luſitania, Mephitis, Mifitius, nouitius, Nicilerium, nutritius, Odites, Onytes, Orite, Orithya, Pampitius, Polites, pituita, Potitius, prorito as, Polygitō, paraſitus, paralyticus, apud Aratorem producitur, ſed quàm bene neſcio, ſuſpitio, Scriblita, Therſites.

I ante u producitur, vt ſaliua Excip. Niniue, Simbriuū, & rediuiuus, quod ſecundam ſyllabam corripit. I ante u.

O in medijs.

O ante b corrip. vt Taprobane. Excip. Canobus, Iacobus, Iobus, October, virrobon, vtrobiq;. O ante b.

O ante c corripitur, vt apocope. Notentur è longis: vt negocium &c. quandoquidem, quandocunq; variantur, vt quando: ... quandoque tantum produ. Prod. quoq; propria io ocus è Barbaris, qualia ſunt Iodocus &c. at quæ Græca ſunt corripiuntur, veluti Demodocus: Produc quoque deriuatiua in ocinium cum verbis à quibus deſcendunt, vt latrocinior, latrocinium &c. Iannocius, Triochola. O ante c.

O ante d corrip. vt exodus. Excip. deriuatiua Græca ab ᾠδὴ, id eſt, cantus, facta, veluti geodes &c. Botrodum, cuſtodio, erodio, Emoda, Emodus, H... Herodius & Herodianus, Laodocus, Nebrodes, Orodes. ...hermodon O ante d.

O ante g corrip. vt ſyllogiſmus, Produc. ἀγωγὴ, hinc ſynagoge, paragoge. Bagogus Octoginta, Toliſtobogi. O ante g.

O ante l corrip. vt violo. Produc. deducta à πωλέω, id eſt vendo & κῶλον, id eſt membrum, vt bibliopola, dicolon &c. Aetolia capitolium, Cymolus, Deolis, Idolum, Iolas, Mauſolus, Mediolanum, Neobole, Pactolus, Phicolus, præſtolor, Subſolanus, Timolus. O ante l.

O ante m corrip. vt hebdomas. Excip. nomina neutri generis: veluti amomum, abdomen &c. præter hippomanes: Sodomum vel a, epitome & quidquid eſt à τομὴ, id eſt inciſio. Notentur è barbaris deducta, vt Abſalomus. Eſromus &c. Cenomani variatur. Ithome, Ithomus. O ante m.

O ante

O ante n. O ante n prod. vt obſonium. Hippona. Notentur è breuibus deducta: vt Chelidonia, à Chelidon onis, Pæonia à pæon onis &c. corrip. quoque à φονὴ vel φόνος quando ſignificat cædem, vt Tiſiphone, Nebrophonos, ſic quoque à γόνυ, id eſt genu, genus, filius vel fœtus compoſita, vt chryſogonus, Antigone &c. Secundò Excip. Axona, Aponus, Autonoe, Apollonius Martialis corripuit, poteſt & produci nã Græcè per ω ſcribitur: Aironius, Arſione, Aconitum, Alcyone, Ballonoti, Coctonum, Chione, Eurymone, Epimone, Erichthonius, Edonius, ſed Edonus produ. Edonis variatur. Heſione, Hermione, Hiconus, Hylonome, Harmonia, Harmonicus, Ilioneus, Ilione, Ionium cum de mari, nam pro regione produ: Mandonius, Meriones, Mycone, Matrona fluuij nomen, ſed pro muliere maritata prod. Manonyx, pleione, paretoniũ, pelethroniũ, Pãnonia, phemonœ. Notẽtur & quę ex primitiuo caſu o breue ſecũ trahũt: vt Pęonia, Męonia, hemonia, Macedonia, Auſonia.

O ante p. O ante p corrip. vt Merope. Excip. Anthropus, Aſopus Aeſopus, Cleophas, canopus, Conopeũ, Conopus, Crotopus, Europa, Epopeus, Hyſopus, Hidropiſis, Inopus, Iopas, Metopon, Rodopis nymphæ nomen. At Rhodope montis nomen corrip. Proſopus, Pyropus, Sinope, Sinopeus. Siope.

O ante r. O ante r corrip. vt roboro. Notentur deriuata à longis vt olorinus. & deriuata in orus a um, & orius a um, vt ſonorus, præt[illegible] Produ. compoſita à δῶρον, id eſt, palmus, vel donum, vt Iſidorus, Pandora, tetradorus &c. Achoreus, Antores, aurora, Cytorus, Cytorum, Crotiorus, Chryſoloras, Ciborium, Diores, Helorus, Lycoras, Licoris, Lycoreus, Lycoryas, meteorus. Oporinus, Pelorus Peloris, Riſamori, Sertorius, Sycomorus, Trichorum, Triborium.

O ante ſ. O ante ſ produ vt Ioſeph. Excip. Ambroſia, Ambroſius. Amboſius, Eboſita, Enoſichtõ, eleemoſyna, Ennoſigæus. Euphroſyne Genoſus, Leucoſia, mnemoſyne, Pandroſus, Petoſiris, Symphoſium, Siracoſius, Sophroſyne, Syracoſius, Theodoſius, quod Mantuanus produxit.

O ante t. O ante t produ. vt aptotum. Corrip. compoſita à δοτὸς, id eſt datus, & ποτὴς, id eſt potus, vt Herodotus, Antidotũ

ſym-

ſympo... compotor &c. Acrotatus, abrotanum, Ballonotus, Coprotinus, Deiotarus, Golgota, Hyppotas, Oeuotria. Onocrotalus, Sibotes.

O ante u.

O ante u rarò inuenio præterquam in proprijs, vt Ludouicus, Genofeua, Clodeueus variatur.

V ante b.

V ante b corripitur: vt lugubris. Excipiũtur Ambubaiæ anubis, inſuper, connubium variatur, ſaluber.

V ante c.

V ante c d g produc. vt feſtuca, teſtudo, lanugo. Excip. volucer volucris.

V ante l.

V ante l corrip. vt ſingulus. Excip. deriuatiua in ulis vt tribulis, curulis &c. apulia: ſed apulus corrip. amulius adulor, adoleſcens, Getulia, Iulus, peculium, portulaca: torcular alij corripi alij produci volunt.

V ante m.

V ante m producitur, vt legumen. Corrip nomina in mẽtum à verbis ſecundæ, vt documentum: & antiqua in quibus u pro i locatur, veluti optimus: & maniſeſtò à breuibus deducta, vt à tumeo contumax, contumelia &c. autumo, Columella, columen hinc incolumis. Cucuma, cucumis, Cruſtumium. Cruſtumerum, euolumentum, irrumo, Lucumo, Pactumeius, poſthumus.

V ante n.

V ante n produc. vt lacuna, ſed corripitur albunea.

V ante p.

V ante p corripitur: vt Rutupinum. Excip. arupinus, Erugdupus, marſupium.

V ante r producitur, vt penuria. Corrip. verba meditatiuæ formæ in urio, veluti dicturio. Sed produ. ligurio ſcaturio, Cor... rus, Biturix. ... enturupe ce... ria decur... & quæ inde fiunt. ... Lemuria pro... tur, Liguria, luxuria, Mamurius variatur. Maſurius ... curius, Palph... us, purpura, Sabura, ſaturea, ſatura ſaturo, Staturio, tugur... urius, Vulturius.

V ante ſ.

V ante ſ producitur ... Syracuſæ: hinc tamen Syracuſius u correpta legitur contra primitiui naturam. Sed non nulli tum ſcribere malunt Syracoſius. Excip. Blanduſia, Brunduſium, Canuſium, Caduſij, Ebuſus, Peruſinus: Venuſinus & Venuſina variantur. Voluſius, Voluſus.

V ante t.

V ante t producitur, vt argutus. Excip. Arbutus, defrutũ, Iuturnus, Minutius.

V ante u.

V ante u corripitur, vt Pacuuius.

Vltimarum ſyllabarum quantitas.

A decli-

..., verutum.
Queri lib. 4 Vix etiam cursus quinquenter
ſæpe veruti.

A in vl timis.

*A Declinatum breuia, ſed protrahe ſextum,*
*Et quintum, cuius rectus producitur & mna*
*Producunt noſtri quædam muliebria Græca*
*In recto, vt Tegea, ſine teſte nihil volo tale.*
*Non declinatum produc, ita cum quia demptis,*
*Et puta non verbo, Ginta melius loco longum*
*Poſtea & vltra leges cum contra curta licenter.*

A declinatum corrip. vt muſa arma nominatiui & vocatiui caſus. Si nomen poëtice pro aduerbio ſumatur, nominis quantitatem ſeruat, vt tranſuerſa pro tranſuerſè. Ab hac regula tolluntur ablatiui, quia producuntur, vt muſa mea, & vocatiui à nominatiuis Græcorum in as primæ vel tertiæ declinationis maſculinorum, vel in es primæ, veluti Aenea, Anchiſa, Atla. Vocatiuus autem in a ab es, rarus eſt in prima declinatione, quia poteſt etiam nominatiuus in a deſinere, & ita vocatiuus corripitur. Vocatiuus verò in ta à nominatiuo in tes corripitur: vt Oreſta ſi idem vocatiuus in e deſinat producitur. Mna produc. cuiuſcunque caſus, at mina corripitur. A in nominatiuo Græco fœminini generis à noſtris ferè corripitur licet illi ferè prod. vt Scylla, Medea, & cetera. Aliquos tamen nominatiuos noſtri ad imitationem Græcorum produxerunt, ſed in cæſura ferè vt Hypermeſtra &c. A in omnibus per caſum non declinatis produc, vt clama, fruſtra, ſupra, &c. Ita tamen & q[illegible]. Sic puta aduerbium apud Perſiũ vbi noſtri codices habent puto. Numeralia in ginta rectius produc. in genta autem & gena corrip. Poſtea apud Ouidium ſemper corrip. ſed tum alij diuiſis dictionibus legi volunt Poſt ea. Contra & vltra licenter inueniuntur corripi, tu tantum producito.

E.

*E breuia, primæ produc & nomina quintæ*
*Cum natis, addes pluralia cuncta ſecundæ.*
*Iunge doce & ſocias, monoſyllaba longa repono.*
*Inclinatiuas præter, male cum bene dempto*
*Omnia produces aduerbia, ſi qua ſecunda*
*Præſtiterit, ſummiq; gradus aduerbia quæuis.*

*Sunt*

*Sunt ferme atque ferè producta, quibus dabis ohe.*

E corrip. vt docere, Hercule. E in prima & quinta declinatione cuiuſcunq; caſus prod. vt paraſceue, Anchiſe, ſpecie, die, re, hinc hodie, pridie, poſtridie, quotidie, quare. Priſcianus tradit vocatiuos Græcos tertiæ declinationis à nominibus in es etiam produci. Nam Græcè ſcribuntur per η vt χρίμης & χρίμη. Eandemq; rationem etiam latinorum veterum huius formæ puto eſſe, vt ſunt Achille, Vlyſſe &c. Nam exempla quæ Deſpauterius contra Priſcianũ adfert, idonea non ſunt. Producuntur quoq; pluralia in e: vt cœte, tempe, mele. Fame ablatiuus aliquãdo corri. quia fames olim quintæ declinationis fuit. Producitur omnis ſecunda perſona vocis actiuę ſecundæ cõiugationis ſingularis numeri, præſentis temporis imperatiui modi, vt doce, moue &c. Caue tamen frequentius corrip. quia olim cauo, & alia quædam per tertiam dicebant: vt vido fulgo & cæt. hinc valedico variatur. Monoſyllaba prod. vt me, de. Hinc demuntur coniunctiones encleticæ, q;, ve, ne, & in compoſitis q;, quiſq;, nonne &c. Syllabicæ adiectiones etiam corrip. vt huiuſce, tuapte &c. Producuntur aduerbia in e ab adiectiuis ſecundæ declinationis ſiue comparentur ſiue non, vt pie, propere, eximie &c. Excipiuntur male, bene, & mage pro magis. Aduerbia ſuperlatiui gradus vndecunq; fiunt produ itur: vt maxime, minime. Producuntur quoq; ferè, ferme & ohe.

*I longum pono, vocitantem co[illegible]rnæ,*
*Sæpeq; græcorum ternum, Minoidi teſtis,*
*Sed niſi, ſiue quaſi, mihi, ibi, ſibi, vbi variabis.*
*Et tibi iunge cui. Tantum breue meli locatur.*

I produci, vt fieri. Excipitur vocatiuus tert æ. Da iuus etiam tertiæ græcus aliquando producitur, aliquando corripitur. Aldus credit tamen datiuus à genitiuis creſcentibus produci non poſſe, niſi ratione cæſuræ. Notanda tamen quæ ex prima Græcorum declinatione apud Latinos in tertiam tranſeunt: vt Oreſti, Euripidi, Pyladi, & ſimilia, quæ ſemper producuntur. Variabis in litera poſita, inter quæ niſi cui & quaſi rectius corrip. cui tamen ſæpius monoſyllabum eſt: & ſic ſemper produ. Meli, id eſt mel, corri

D pitur

pitur in compoſitis. Græca quæ in y exeunt, corripiuntur, vt moly. Excipiuntur quæ per Synæreſin dicuntur: vt Tethy pro Tethyi.

*O commune datur, produc monoſyllaba iungens*
*Cum terno ſextum. Atq; aduerbia nomine nata.*
*At variabo cito, cum ſedulo, mutuo, crebro*
*Seroq́; ſit curtum modò ſolum, ſed breuiari*
*Ergo pro cauſſa non vult, produco quaterno*
*In caſu nomen ſit cuius in us genitiuus.*
*O patrij produc variaq́; gerundia vera.*

O variatur, vt Cato, leo. Sæpius autem corrip. ſcio, neſcio, duo, ambo, ego, homo & cito. Produc. tantum monoſyllaba. Item datiui & ablatiui, & aduerbia ex nominibus ducta, vt ſto, pro, damno, tanto, quanto, ſic ideo: variantur cito, ſedulo, mutuo, crebro, ſero & profecto: ſed modo tantum corrip. Ergo pro cauſſa tantum produc. alioqui variatur, Græcum in o faciens genitiuum in us producit tantum o in nominatiuo, datiuo, accuſatiuo, & ablatiuo, vt Dido, Clio, &c. Atticus genitiuus producitur tantū. Virg. Androgeo galeam. Variabis vera gerundia, quæ verbi cōſtructionem ſeruant. Productio tamen eſt frequentior.

V B. *V ſemper produc. B contrahe: Barbar[illegible] deme*
C. *C produc, niſi [illegible] donec. Sed [illegible]is.*
*Hic bene pro[illegible] verbum iurgimus iſti.*
D T. *D breue ponatur ceu t, niſi ſyncopa fiat.*
L. *L breue ſit. Cum Sol & nil tolluntur Hebræa.*

V produ. vt Ieſu. B corripitur, vt ab, ob. Excip. barbara in b: vt Iob, Iacob. C produ. vt ſic Corrip. autem, nec, lac, donec. Hic aduerbium produ, tantum. Hic pronomen variatur: ſic fac imperatiui modi, quod rectius tamen corripitur. D & t corripi. vt apud, caput, fumauit: ſi autem fieret ſyncopa, vt obit pro obiuit, poteſt produci: ſed nunquam extra cæſuram. L corrip. vt ſal, nihil. Excip. ſol & nil quibus Aldus addit pol. Hebræa produc. veluti Michael, Iſrael.

N produc,

*N produc, demas an, in & prolem, tamen atque*
*Forſitan & forſan, viden: huic conformia iunges.*
*Quod dat inis curtum eſt, velut on, quod tertia neſcit.*
*Corripitur quartus, quando breuis vltima recti eſt.*

N prod. vt hymen. Tolluntur, an, in, cum prole, dein, exin ſubin, proin, tamen, attamen, forſan, forſitan, viden & quæcunque per apocopen n habent, vt men pro méne, ſic ſcin egon &c. Corrip. en habens inis in genitiuo, vt pecten, crimen. Sic quoque in on ſecundæ declinationis, vt Ilion, Pelion. Corrip. accuſatiuus, cuius nominatiui vltima corrip. vt Medean, Malan, Menelaon, Parin, ibin.

*R breuies, produc cuius dat patrius eris.*
*Addito Iber, aër, æther. Sit Celtiber anceps.*
*Vt cor non longum melius. Producito tantùm*
*Cur, far, lar, fur, Nar, par, nec prolem breuiabo.*

R corripitur: vt pater, mater, licet Græcè per η ſcribantur. Excipiuntur nomina in er habentia eris penultima longa in genitiuo: vt crater, ver. Sic Iber, aër & æther. Celtiber variatur. Cor rectiùs corripitur. Cur, far, lar, fur, Nar & par cũ ſuis compoſitis producuntur.

*As produc, ſed adis quæ dant patrio breuiantur.*
*Et ternæ quarto, [illegible] es bonus Helias inquit.*

As produc[illegible] vt foras. Excipiuntur nomina quorum genitiuus in adis v[illegible] dos deſinit: vt [illegible] [illegible]ripitur quoque accuſatiuus græcu[illegible] pluralis nu[illegible] [illegible] declinationis: vt Heroas, ſic & Helias.

*Ponitur es longum, plura alia corripe græca:*
*Quæ creſcunt, velut es deſum, panes, inquies adde*
*Cum neutris, & ſi patrio eſt penultima curta*
*Ternæ: tolle Ceres, aries, paries, abies, pes.*

Es producitur: vt Anchiſes. Excipiuntur omnia Græca pluralis numeri tertiæ declinationis creſcentia in ſingulari: vt dæmones, cyclopes, Cilices: nonnulla tamen Latinorũ more produci cernes. Es à ſum corripitur, ab edo producitur. Inquies rectius producitur. Penes & nomina neutri generis: vt hippomanes &c. corripiuntur, Sic quoque no-

mina tertiæ in es,penultimam genitiui corripie[illegible]: vt mi les,teres. At ſolum producuntur Ceres,abies,paries,aries & pes cum ſuis compoſitis:vt tripes,apes &c.

*Is breuio,verum plurales protraho caſus.*
*Isq́; quod in patrio mutatur in itis & inis*
*Aut entis. Tethys vario,glis,vis quoque nomen*
*Cum verbo longum eſt,veluti perſona ſecunda.*
*Protrahit is,quoties itis plurale reponit.*

Is corripitur:vt quis. Pluralis caſus in is producitur: vt dominis. Sic quoque nomina in is, quæ penultima longa faciunt genitiuum creſcentem in itis,inis,& entis:vt lis,Simois & cætera. Tethys ferè corripitur. Produc glis & vis ſiue nomen ſiue verbum cum ſuis:vt ſis pro ſi vis,quamuis. Item ſæcundæ perſonæ ſingularis, quando plurale habet itis penultima longa:vt ſis,velis & cætera Producitur quoque ſecunda perſona futuri temporis coniunctiui modi in ris,quæ in præterito eiuſdem modi tamen corripitur.

*Os produc,patrius breuis eſt,& compos & impos.*
*Osq́; oſsis præbens,rectos breuiato ſecundæ.*

Os producitur:vt nepos. Excipitur genitiuus in os:vt Arcados. Item cõpos,impos,os oſſis,at os oris producitur. Corripitur omne nomen in os ſecundæ declinationis, vt ſynodos,Samos.

*Vs correpta datur mo[illegible]ſyllaba,cum genitiuis*
*Ternæ vel qu[illegible]e,numeriq́; ſecundi*
*In quarta primum,quartum,quintumq́;,[illegible] vris*
*Dum'ue utis patrius vel in udis & untis o[illegible]ue*
*Aut quintus fit in u,longus tum rectus habetur,*
*Ergo produces venerabile nomen Ieſus.*

Vs corripitur:vt tempus. Excipiuntur monoſyllaba:vt rus. Et genitiuus tertiæ:vt Didus. Producitur quoque genitiuus quartæ cum nominatiuo accuſatiuo & vocatiuo plurali eiuſdem declinationis. Producitur us in nominatiuo ſingulari,vbi genitiuus terminatur in utis, udis, vel uris, vel vntis penultima longa. vt virtus, tellus,Amathus &c. Producitur quoque vbi vocatiuus in u deſinit: vt Panthus,

thus, Ieſu[illegible].

## De Accentibus & Periodis.

Accentus eſt ratio pronunciandi. Hic triplex eſt. Acutus, quo ſyllaba eleuatur. Grauis, quo ſyllaba deprimitur. Circumflexus eſt, quo ſyllaba eleuata deprimitur. In qualibet dictione eſt vel acutus vel circumflexus accentus prædominans. Cæteros graues dicimus.

### Accentuum Regulæ.

Monoſyllaba dictio naturaliter producta circũflectitur: vt dôs, rês: ſi autem naturaliter breuis fuerit, licet poſitione producatur, acuitur: vt ſúm, eſt, núx. Dictio diſſyllaba, cuius prior naturaliter producitur, circumflectit priorem vt âra. Alioqui priorem acuet: vt réges. Polyſyllaba dictio cuius penultima corripitur, antepenultimam acuit: vt áffatim: at ſi penultima producitur, vltima exiſtente longa, acuit penultimam: vt ſacérdos. Quòd ſi vltima corripiatur, & penultima producatur, hæc circũflectitur: vt Románus.

Exceptiones regularum. Interrogatio accentum mutat, quia vltima interrogationis ſemper acuitur: vt Quis furor ó ciués? Secundò diſtinctionis gratia mutatur accentus: vt érgo coniunctio, ergô nomen pro gratia. Tertiò conciſio: vt petit pro petiuit. Quartò tranſpoſitio: vt cùm me mecũ. Quintò compoſitio: vt ádſum. Sextò idioma, id eſt linguę proprietas: vt proſodia, philoſophia &c.

Periodus eſt abſoluta oratio, q[illegible]ectam ſententiam continet: cuius partes ſu[illegible]ommota. Cola membra ſu[illegible] in longa circundictione perfectæ orationes. Com[illegible]a quæ Cicero voc[illegible]ſa, ſunt imperfectæ orationes: vt apud Paulum peri[illegible]du[illegible]it, abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: tanquam in die compoſitè ambulemus, non comeſſationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac laſciuijs, non contentione & æmulatione, ſed induamini Dominum Ieſum Chriſtum. Hic Colon eſt, abijciamus, opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Alterum, tanquam in die compoſitè ambulemus non comeſſationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac laſciuijs, non contentione & æmulatione. Tertium colon, ſed induamini dominum Ieſum Chriſtum. Partes autem

colo

colorum commata ſunt:vt tenebrarum, & induamur &c.

De varijs carminum generibus.

Monocolon, id eſt ſimplex, & vnimēbre, quo non facilè vtendum cenſeo, niſi apud auctores idoneos inueniatur, vt ſunt quæ ſequuntur. Hexametrum monocolon ſæpe inuenitur Elegiacum apud Capellam libro nono,& Virgil. Sic vos nō vobis &c. Adonicum apud Boëthium libro primo. Aſclepiadeum apud Horatium. Phaleucium apud Catullum & Martialem. Sapphicum apud Boëthium. Glyconicum apud eundem, & conſtat ſpondeo, rarò etiam trochæo vel iambo,& duobus dactylis, vel choriambo & pyrrhichio: vt Quum Phœbi radijs graue. Archilochium dactylicum apud Boëthium libro quinto carminum,conſtat tribus dactylis, vel ſpondeis, vel alternis, & quarto pede tantum dactylo partem orationis finiente, & tribus trochæis: vt Quàm varijs terras animalia permeant figuris. Alcaicum dactylicum apud Claudianum, conſtat iambo vel ſpondeo, ſed ſæpius ſpondeo & iambo, hinc manet ſyllaba lōga partem orationis finiens, quam ſequuntur duo dactyli: vt Princeps coruſco ſydere pulchrior. Alcaicum choriambicum apud Catullum & Horatium conſtat ſpondeo,tribus choriambis & pyrrhichio: vt Alphene immemor atq; vnanimis falſe ſodalibus. Iambicum dimetrum archilochium ac acatalecticum apud Auſonium recipit locis imparibus iambum,tribrachum, ſpondeum,dactylum anapæſtum. [illegible]cis autem paribus iambum & tribrachum. Acatalectici a[illegible] ſunt, qui vltimum pedem integrum habent,intellige eum, à quo ipſum metrum nominatur: vt ſi Dactylicum metrum fuerit Dactylum, ſi Iambicum Iambum &c. Catalectici ſunt, quibus in fine ſyllaba vna deeſt,ad perfectionem pedis,eius à quo nomen habet: Anacreontium dimetrum catalecticum apud Boëtium,conſtat anapæſto,duobus iambis & ſyllaba: vt Stimulis agit furentes. Iambicum trimetrum archilochium & acatalecticum apud Horatium,recipit imparibus locis iābum,tribrachum,ſpondeum, dactylum vel anapæſtum: locis autem paribus tantum iambum vel tribrachrum, & apud comicos frequenter anapæſtum: vt Iam iam efficaci do manus ſcientiæ. Scazon ſiue iambicum trimetrum,hippona

ponactium, frequentiſsimè monocolon eſt. Hoc autem
differt ab Archilochio, quod hoc in ſexta regione ſumit
iambum duntaxat, illud ſemper ſpondeum: In hoc tamen
genere obſeruandum eſt, ne quintus pes alius ſit quàm
iambus: vt Nec fonte labra prolui caballino. Iambicum
ſeptenarium apud Catullum addit Iambico tribracho aca
talectico amphibrachum: vt Cinæde Thalle mollior cu-
niculi capillo. Sapphicum choriambicum apud Capellam
conſtat choriambico trimetro & amphibracho ſiue bac-
chio, Choriambicum aliud conſtat tribus choriambis, &
duobus trocheis: aliud huic confine, duobus choriambis
& tribus trocheis & ſyllaba Anapæſticum archilochium
dimetrum acatalecticum apud Senecam, conſtat quatuor
pedibus, qui optimè ſunt anapæſti, poſſunt tamen etiam
eſſe dactyli vel ſpondei in quocunq; loco, ita etiam vt ali
quando nulli ſint anapæſti: nunquam tamen inuenies om
nes dactylos aut omnes ſpondeos. Anapæſticum parthe-
niacum dimetrum catalecticum apud Capellam, conſtat
tribus anapæſtis & ſyllaba. Boëthius tamen in primum &
ſecundum locum aliquando ſpondeum collocat. Dactyli
cum archilochium tetrametrum catalecticum apud Boë-
thiũ conſtat quatuor dactylis ſyllaba minus, primus & ſe
cundus poſſunt etiam eſſe ſpondei. Ionicum à minori,
phaleucium tetrametrum acatalecticum apud Capellam,
conſtat quatuor Ionicis à minori. Ithyphallicum dacty-
licum tetrametrum acatalectic[illegible]ium, cõſtat
tribus dactylis & pyrrhichio. A[illegible] dactylicum te
trametrũ hypercatalecticum apud Boëthium, cõſtat duo-
bus dactylis vel ſpondeis, aut alternis & ſyllaba, inde ſe-
quitur neceſſario dactylus vel ſpondeus. Angelicum Ste-
ſichorium heptametrum apud Catullum conſtat duobus
trochæis, duobus iambis, trochæo, dactylo, trochæo: reci
pit tamen primo loco etiam ſpondeũ. Galliambicũ apud
eundem metrum ex duobus galliambis, quorum prius ha
bet pyrrhichium & duos trochæos cum ſpondeo, alterum
conſtat pyrrhichio, trochæo, & duobus pyrrhichijs. Tro-
chaicum archilochium tetrametrum catalecticum apud
Hymnographum conſtat octo pedibus minus vna ſylla-
ba: habet locis imparibus trochæum, reliquis etiam ſpon-
deum:

deum. Iambicum anacreontium dimetrum catalecticum apud Capellam, conſtat primo & tertio pede iambo, ſpondeo, dactylo, tribracho vel anapæſto. Secundo iambo vel tribracho, in fine additur ſyllaba: triſſyllabi autem pedes huic generi raro admiſcendi ſunt. Dicola ſunt ex duobus generibus: miſta carmina diſtropha Heroicum præponitur pentametro elegiaco. Item præponitur alcmanio, vel (vt alij volunt) archilochio dactylico tetrametro catalectico: hic conſtat tribus dactylis & trocheo, licet autē aliquando quemuis ex tribus primis eſſe ſpondeum, dum non ſpondei omnes. Item Heroicum præponitur archilochio dactylico dimetro hypercatalectico, conſtante duobus dactylis & ſpondeo. Præponitur quoque iambico archilochio dimetro acatalectico cum dactylica pentemimeri.

FINIS.